8. 56 A 8

THEOLOGIÆ ETHICO-THOMISTICÆ EPITOMA

Ex Opere Magno

P. PHILIPPI MARIÆ GROSSI

Ordinis Prædicatorum

Ad commodiorem Confeſſariorum vſum per Caſus concinnata.

TOMVS QVARTVS.

VENETIIS, M. DCC.

Typis Dominici Loviſæ.

Superiorum Permiſſu, & Priuilegio.

Digitized by Google

Digitized by Google

TRACTATVS VIGESIMVS.

De Sacramentis in genere.

Continet quæſt 60. vſque ad 65. Tertiæ Partis ſum. D. Tho.

QVÆSTIO PRÆAMBVLA

De opinione ſequenda in collatione Sacramentorum.

Opinio damnata ab Innoc. XI. ſub die 2. Martij 1679. n. 1.

ARTICVLVS Vnicus.

In quo prędicta propoſitio explicatur.

Sequenda eſt tutior opinio in collatione ſacramētorũ.

ABſolutè loquendo illicitum eſt in ſacramentis conferendis uti opinio-

nione tantum probabili relicta tutiore de valore ſacramentorum, tam circà materiam, quam circà formam, & etiam circà miniſtrum, & ſubiectum. D. Tho. 3. p. q.60. art. 7. ad 2.

Nec licet contrarium facere etiã in caſu neceſſitatis quantùm ad materiã & formam ipſorum.

Et non ſolum abſolutè loquendo, ſed etiam in caſu neceſſitatis; loquendo tamen de materia, forma, aut ſubiecto capaci Sacramentorum; nam loquendo de iuriſdictione miniſtri, quandò hæc dependet ab Eccleſia, in caſu neceſſitatis Eccleſia ſuplet.

Caſus I.

De eo, qui in neceſſitate vtitur materia, non apta ad cõferendum Baptiſmum.

Cneius Curatus inuiſens Pompeiam curæ ſuæ ſubiectam, & aſſiſtens illi propter periculum mortis in partu, nato ex ipſa puero, videns ipſum in vita periclitantem, nec habens prè manibus, niſi acquam Roſaceam, ea vtitur ad ipſum baptizandum.

Quæritur an Cneius ſic baptizando peccet, & an baptiſmus ſit validus?

Reſp. Cneium peccare, quia exponit Sacramèntum periculo nullitatis: nec Sacramentum eſt validum, quia materia deſficit.

Digitized by Google

II.

Sempronius ſimplex Sacerdos aſſociatus cum Petro Presbytero Curato tranſiens per viam vidit duos viros armis inuicem ſeſe impetentes; & cum vnus corruat vulneribus confoſſus, accurrens primò illi Sempronius, quamvis præſente Petro, ſubito terrore correpto audit peccata ſua, & eum vt morti proximum abſoluit. *De Sacerdote ſimplici abſoluente proximum morti præſente curato.*

Quæritur an peccet Sempronius, & pœnitens ſit benè abſolutus?

Reſp. Sempronium non peccare, abſolutionemque valere, quia operatur iuxtà opinionem probabilem, quod poteſt fieri in caſu neceſſitatis ſuplendo tunc Eccleſiam deffectum iuriſdictionis.

Digitized by Google

QVÆSTIO I.

De ſubſtantia, ſeu quidditate Sacramentorum in communi.

Correſpondet quæſt. 60. & 61. D. Tho. 3. p.

ARTICVLVS I.

Quid, & quotuplex ſit Sacramentum.

Definitio Sacramenti. DEfinitur ſignum rei ſacræ ſanctificantis hominem.

D. Tho. 4. ſent. diſt. 1. q. 1. art. 1. & 3. p. q. 60. art. 2. in corp.

Quotuplex. Sacramenta nouæ legis ſunt ſeptem: Baptiſmus, Confirmatio, Euchariſtia, Pœnitentia, Extrema vnctio, Ordo, & Matrimonium. Concilium Tridentinum ſeſs. 7. can. 1.

Quæ repeti non poſſunt. Ex his Baptiſmus, Confirmatio, & Ordo iterari nequeunt: ex eod. Concil. Trid. in dicta ſeſs. can. 6.

AR-

Digitized by Google

ARTICVLVS II.

De neceſſitate Sacramentorum.

POſito ; quod Chriſtus inſtituerit Sacramenta ad noſtram ſalutem, eadem ſunt nobis ſalutem conſequi volentibus neceſſaria.

Ex Chriſti inſtitutione ſunt ad ſalutem neceſſaria.

D. Tho. 4. ſent. diſt. 1. q. 1. art. 2. q. 1. in corp. & 3. p. q. 61. art. 1. in corp.

Diuerſimodè tamen diſcurrendum eſt de ipſis ; nam Baptiſmus, Pœnitentia, & Ordo ſunt neceſſaria ſimpliciter. D. Tho. 3. p. q. 65. art. 4. in corp.

Quæ ſint neceſſaria ſimpliciter, & quæ ſolùm ſecundùm quid.

Baptiſmus ſemper ; Pœnitentia ſuppoſito peccato mortali, & Ordo reſpectu Eccleſiæ. D. Tho. ibid.

Cætera verò quatuor ſunt ſolum neceſſaria ſecundum quid, ex eodem D. Tho. ibid. Et loquitur tam de neceſſitate medij, quam de neceſſitate præcepti. pag. 7.

Digitized by Google

QVÆSTIO II.

De Materia Sacramentorum.

Correſpondet a.5. quæſt.60. D.Tho. in 3. p.

ARTICVLVS I.

Vtrum in Sacramentis requiritur determinata materia?

Materia ſacramentorũ debet eſſe determinata.

Reſp. SIc: & hæc eſt, quam diuina inſtitutio determinauit. pag.7.

D. Tho. 3. p. quæſt. 60. art. 5. in corp.

AR-

ARTICVLVS II.

Vtrum Materia Sacramentorum debeat eſſe ſanctificata?

Reſp. SIc; loquendo de Sacramentis, quæ determinant ſibi miniſtrum; quæ verò ſibi miniſtrum non determinant non exigunt materiam ſanctificatam ex neceſſitate, ſed ſolum ex ſolemnitate; vt patet in baptiſmate, qui, dum in caſu neceſſitatis confertur à Laico, etiam in aqua naturali efficitur. pag. 8.

Quæ Sacramenta debeant habere materiam ſanctificatã ex neceſſitate, & quæ ex ſolemnitate tãtum.

D. Tho. 4. ſent. diſt. 7. q. 1. art. 2. q. 3. in corp.

QVÆ

QVÆSTIO II.

De Materia Sacramentorum.

Correſpondet a.5. quæſt.60. D.Tho. in 3.p.

ARTICVLVS I.

Vtrum in Sacramentis requiritur determinata materia?

Materia ſacramentorũ debet eſſe determinata.

Reſp. SIc: & hæc eſt, quam diuina inſtitutio determinauit. pag.7.

D. Tho. 3. p. quæſt. 60. art. 5. in corp.

AR-

ARTICVLVS II.

Vtrum Materia Sacramentorum debeat eſſe ſanctificata?

Reſp. SIc; loquendo de Sacramentis, quæ determinant ſibi miniſtrum; quæ verò ſibi miniſtrum non determinant non exigunt materiam ſanctificatam ex neceſſitate, ſed ſolum ex ſolemnitate, vt patet in baptiſmate, qui, dum in caſu neceſſitatis confertur à Laico, etiam in aqua naturali efficitur. pag. 8.

Quæ Sacramenta debeant habere materiam ſanctificatã ex neceſſitate, & quæ ex ſolemnitate tãtum.

D. Tho. 4. ſent. diſt. 7. q. 1. art. 2. q. 3. in corp.

QVÆ

QVÆSTIO III.

De forma Sacramentorum.

Correſpondet art. 6. quæſt. 60. D. Tho. in 3. p.

ARTICVLVS I.

Vtrum neceſſe ſit formam apponere in Sacramentis?

Forma eſt abſolutè neceſſaria ad ſubſtãtiam Sacramẽti. Conſiſtit in verbis determinatis. Quorum ſacramentorũ formæ ex Euangelio expreſsè ſeruantur, quæ non ità expreſsè, & quæ nullo modo, ſed ab Eccleſia determinãtur.

Reſp. SIc, ità, & taliter, vt ſinè illa nullum omnino ſit Sacramentum. D. Tho. 3. p. q. 60. a. 7. in corp.

Hæc autem forma in determinatis verbis conſiſtit; quæ verba determinata, quantum ad Baptiſmum, & Euchariſtiam claré habentur in Euangelio; quantum ad Ordinem, Confirmationem, & Extremam vnctionem de facili ab ipſo per Eccleſiam fuerunt deprompta: quantum verò ad Matrimonium, cum nihil de his habeatur in Euangelio, determinantur ab Eccleſia in c. licet de ſponſal. duorum. p. 9.

AR-

ARTICVLVS II.

An taliter ſint determinata verba in Sacramentis, vt nullo modo poſſint immutari?

Reſp. SIc: ità, & taliter quod qui ea immutaret, peccaret mortaliter, niſi excuſaretur à leuitate materiæ, vel à non plena deliberatione, vel ex leui negligentia. Immò, ſi immutando talia verba, intenderet inducere alium ritum in Eccleſia, vel tolleret debitum ſenſum verborum formæ, tunc nullum faceret Sacramentum.

Verba formæ taliter ſunt determinata, vt nullo pacto mutari poſſint.

D. Tho. 4. ſent. diſt. 3. art. 2. q. 1. ad 2. & 3. Et 3. p. q. 60. art. 8.

Videatur opus pag. 11.

QVÆ-

Digitized by Google

QVÆSTIO IV.

De Miniſtro Sacramentorum.

Correſpondet q. 64. D. Tho. in 3. p.

ARTICVLVS I.

Quinam ſit verus Sacramentorum Miniſter.

Verus Miniſter Sacramentorũ eſt Sacerdos.

Reſp. QVod Chriſtus Dominus elegit ſibi miniſtros Sacramentorum Apoſtolos, & in perſona Apoſtolorum alios Sacerdotes; qui habent poteſtatem non ſolum Sacramenta efficiendi, & miniſtrandi; ſed etiam inſtrumentaliter, ſeu Miniſterialiter cauſandi gratiam in anima. D. Tho. 3. p. q. 64. art. 1. p. 12.

AR-

Digitized by Google

ARTICVLVS II.

An per malos miniſtros Sacramenta efficiantur?

Reſp. SIc: validè, ſed non licitè; vndè peccant mortaliter peccato ſacrilegij. D. Tho. 3. p. q. 64. art.6. *Valida ſunt ſacramẽta à malis miniſtris confecta.*

Excipiuntur tamen multi caſus, de quibus videatur opus. pag.14.

ARTICVLVS III.

De intentione neceſſario requiſita in Miniſtro Sacramentorum.

Reſp. INtentionem miniſtri ſemper neceſſariam eſſe non ſolum ad effectum Sacramenti conſequendum, ſed etiam ad ipſum perficiendum. *Intentio abſolutè neceſſaria in miniſtro cõficiente Sacramẽtum.*

D.Tho. 4. ſent. diſt.6. quæſt.1. art.2. quæſtiuncul. 1. in corp. & 3. p.q. 64. art.8. in corp.

Quæ intentio ſaltem debet eſſe virtualis. D. Tho. ibid. ad 3. *Satis eſt, quod ſit virtualis.*

Multos caſus particulares de hoc vide in opere pag. 16.17.

AR-

Digitized by Google

ARTICVLVS IV.

Vtrum poſſit dari aliqua iuſta cauſa ſimulandi admi-niſtrationem Sacramenti.

Reſp. NOn : ex prop. damnatis ab Innoc. XI. n. 29.

De qua plures caſus videas in opere. pag. 18.

QVÆ.

Digitized by Google

QVÆSTIO V.

De primò effectu Sacramentorum ſcilicet gratia.

Correſpondet q. 62. D. Tho. in 3. p.

ARTICVLVS I.

Vtrum Sacramenta Nouæ legis cauſent gratiam?

Reſp. SIc, de fide ex Conc. Trident. ſeſs.7. can. 6. Et hoc ex opere operato, ex eodem Concil. ibid. can.8. pag.20.

Gratia eſt primus effectus ſacramentorũ

AR-

ARTICVLVS II.

An Sacramenta nouę legis inſtrumentaliter Phyſicè cauſent gratiam.

Qua ratione Sacramenta producant gratiam.

Reſp. SIc; & non ſolum moraliter. D. Tho. 3. p. q. 6. art. 1. in corp.

Plura de his vide in opere. p. 21. 22.

ARTICVLVS III.

Quam, & quandò cauſent gratiam ſacramenta nouę legis.

Quæ ſint ſacramenta viuorũ, & quæ mortuorũ: rurſus quomodò, & quã gratiam cõferant.

Reſp. QVod ſacramenta mortuorum per ſe cauſant tam primam gratiam, quam augmentum gratiæ; huiuſmodi ſunt Baptiſmus, & Pœnitentia.

¦ Sacramenta verò viuorum, quæ ſunt reliqua, licet de ſe non conferant, niſi augmentum gratiæ; aliquandò tamen poſſunt etiam primam gratiam con-

conferre; vt de confirmatione docet D. Tho. 3. p. q. 72. art. 7. ad 2. & de Euchariſtia q. 76. art. 3.

Videas plura de hoc in opere. p. 23.

QVÆSTIO Vltima.

De ſecundo effectu Sacramenti, qui eſt character.

Correſpondet q. 63. D. Tho. in 3. p.

ARTICVLVS I.

An, & quid ſit character.

Caracter eſt effectus ſecundus ſacramētorum.

DAri characterem per aliqua Sacramenta in anima impreſſum eſt de fide determinatum in Conc. Trident. ſeſs. 7. cap. 4. poſt Florentinum in Decret. Vnionis ex c. Maiores de Baptiſmo.

Eiuſdem Definitio.

Definitur ſpiritualis poteſtas ordinata ad ea, quæ ſunt diuini cultus. p. 24. D. Tho. 3. p. q. 63. art. 2.

Digitized by Google

ARTICVLVS II.

Quæ Sacramenta ſint, quæ imprimunt characterem, & in qua potentia animæ imprimatur.

Sacramēta imprimētia caracterem. TRia ſunt ſacramenta, quæ imprimunt characterem, Baptiſmus, Confirmatio, & Ordo. D. Tho. 3. p. q. 63. art. 6. & eſt de fide ex Conc. Florentino, & Tridentino ſeſs.7. c.4.

Eius indelebilitas, & ſubiectum. Hæc autem indelebiliter imprimunt characterem in anima ex Conc. Trid. ſeſs.7. cap.4. Non quidem in tota eſſentia animæ, ſed in aliqua eius potentia, nempè intellectu. D. Tho. 3. p. q. 63. art. 4.

Plura videantur in opere p. 26

Digitized by Google

TRACTATVS VIGESIMVS PRIMVS.

De Sacramento Baptiſmi.

Continet quæſt. D. Th. in 3. p. à q. 66 vſque ad 71.

ARTICVLVS Vnicus Præambolus.

In quo omnia, quæ Circumciſionem, & Ioannis Baptiſmum concernunt, compillantur.

Definitio circumciſionis.

DEfinitur Circumciſio, quod ſit Sacramentum applicandæ fidei in remiſſionem Originalis peccati: ſeu erat inciſio præputij tamquam ſignaculum iuſtitiæ, & fidei.

Quid Baptiſmus Ioannis?

Baptiſmus autem Ioannis ille dicitur, qui fiebat à Ioanne Baptiſta in Iordane.

Plura de his videas in op. p. 27. 28.

Digitized by Google

QVÆSTIO I.

De eſſentia, & neceſſitate Baptiſmi.

Correſpondet q.66. D.Tho. in 3. p.

ARTICVLVS I.

Quid ſit Sacramentum Baptiſmi.

Definitio Baptiſmi.

DEfinitur, quod ſit ablutio corporis exterior facta ſub forma præſcripta verborum. pag.28.

D. Thom. 3. p. quæſt. 66. art. 1. ad lit.

ARTICVLVS II.

De inſtitutione Baptiſmi.

A quo, & quando inſtitutus, & quoad ſubſtantiam, & quoad neceſſarium vſum.

LIcet Baptiſmus fuerit inſtitutus à Chriſto antè paſſionem, quandò ſcilicet in Iordane per Ioannem fuit Baptizatus; tamen quoad neceſſitatem vtendi illo, ſolum fuit inſtitutus poſt eius paſſionem, & Reſurrectionem. pag.31.

D.Tho. 3. p. q.66. a. 2. in corp.

AR-

Digitized by Google

ARTICVLVS III.

De Neceſſitate Baptiſmi.

BAptiſmus eſt ſimpliciter omnibus neceſſarius, tam neceſſitate medij, quam neceſſitate præcepti; & quidem parvulis antè vſum rationis Baptiſmus aquæ, ſeu fluminis in re ſuſceptus ſecluſo Martirio: adultis verò in re, vel in voto, ſeu baptiſmus flaminis. pag. 31. 32.

D. Tho. 3. p. q. 68. art. 1.

Baptiſmus fluminis, in re ſecluſo martirio, quibus, & qua ratione ſit neceſſarius; ſimiliter quibus ſaltim in voto.

QVÆSTIO II.

De forma, & materia Baptiſmi.

Correſpondet art 3. 4. 5. & ſeq. q. 66. D. Tho. in 3. p.

ARTICVLVS I.

An hæc ſit conueniens forma Baptiſmi: Ego te baptizo in Nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti Amen.

Exponitur conueniens forma Baptiſmi.

Reſp. SIc: de fide ex illo Chriſti Matth. 28. *Euntes docete omnes gentes baptizantes eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti.* Ex Conc. Florentino in inſtructione Armenorum.

D. Tho. 4. ſent. d. 3. q. 1. art. 2. quæſtiunc. 1. in corp. & 3. p. q. 66. art. 5, pag. 33.

De hac forma plura videas in opere, vbi ſingulæ eius particulæ explicantur, ac dilucidantur. pag. 33. 34. 35.

ARTICVLVS II.

De materia propria Sacramenti Baptiſmi.

OMnis aqua naturalis, quæ habet veram ſpetiem aquæ eſt propria materia Baptiſmi, ſed remota. D.Tho 3. p. q.66. art. 4. in corp.

Quæ ſit materia propria & remota, & quæ proxima Baptiſmi.

Proxima verò eſt ipſa ablutio Baptizati. D. Tho. 3. p. q. 66. art. 7. ad primum.

Ablutio in capite facienda

Quid ſi fieret in altera corporis parte?

Hæc autem ablutio ſemper, quandò poteſt, debet fieri in capite, ex eodem D. Tho. 3. p. q. 66. art. 7. ad 3. licet adhùc facta in parte altera corporis, dummodò ſit vera ablutio, perficiat ſacramentum.

Videantur plura de hoc in opere, vbi multi caſus habentur. p.38.

ARTICVLVS III.

De ritibus, & ceremonijs, quibus Eccleſia uti ſolet in conferendo Baptiſmo.

Ommitti nõ debent ritus & ceremoniæ in collatione Baptiſmi?

RItus, & ceremoniæ conſuetæ Eccleſiæ in miniſtratione Baptiſmi non ſunt prætermittendæ; tum propter præceptum Eccleſiæ: tum propter effectus, quos producunt, nempè expulſionē Dæmonis, aperitionem ſenſuum, & conſeruationem gratiæ baptiſmalis. D.Tho.3. p. q.71. art. 3.

Ommittens illas citrà neceſſitatem aut immutans mortaliter peccaret.

Ità quod, qui eos omitteret extrà caſum neceſſitatis peccaret mortaliter, ſicuti etiam qui eos immutaret ex Concil. Trident. ſeſs. 7. can. 13.

De hoc plura videas in opere p.41.

QVÆ-

Digitized by Google

QVÆSTIO III.

De Baptizante, & Baptizando.

Continet q. 67. 68. D. Tho. in 3. p.

ARTICVLVS I.

De miniſtro Sacramenti Baptiſmi.

AD ſolum Præsbyterum ex officio ſpectat baptizare. *Quis miniſter ex officio?*

D. Tho. 3. p. q. 67. art. 2. in corp.

Ad Diaconum verò ſolum ex commiſſione, & in abſentia ſacerdotum. D. Tho. 3. p. q. 67. art. 1. in corp. *Quis ex cõmiſſione?*

In caſu neceſſitatis quilibet homo eſt ſufficiens Baptiſmi miniſter tam validè, quam licitè; extrà tamen caſum neceſſitatis licet quilibet homo validè baptizet, non tamen licitè. Com. D.D. *Quis tandē ex neceſſitate.*

Videantur plures caſus circà hoc in opere pag. 43. 44. 45.

Digitized by Google

ARTICVLVS II.

De Baptizandis, ſeu de ſubiecto Baptiſmi.

Quodnam ſit Baptiſmi ſubiectum?

OMnis creatura rationalis cuiuſcumque ſit generis, & conditionis eſt ſubiectum capax Baptiſmi. D. Tho. 3. p. q. 68. art. 1.

Qui nō ſunt baptizandi.

Excipiuntur Primò, amentes nati tales ex infidelibus, ſicuti etiam ſi poſt lucida interualla inciderint in amentiam, nec vlla ſigna dederint de deſiderio Baptiſmi; iſti enim non ſunt baptizandi.

D. Tho. 3. p. q. 68. art. 12.

Secundò, peccatores perſeuerantes in peccato, nec actum doloris de ſuis peccatis ellicere volentes. D. Tho. 3. p. q. 68. art. 4. & 6.

Tertiò, Infideles rectam fidem non habentes, licet eam habere fingentes; huiuſmodi tamen tam peccatores, quam infideles recipiunt characterem, licet non gratiam.

D. Tho. 3. p. q. 68. art. 8.

Quæ requiſita in adultis baptizādis.

Quartò, Pueri infidelium non ſunt inuitis parentibus baptizandi, niſi habentes vſum rationis ex ſe conſentiant.

D. Tho. 3. p. q. 68. art. 10.

Summatim ergò loquendo Baptizandi debent habere fidem, intentionem, & attri-

& attritionem, ſi exiſtant in peccato mortali actuali.

Videantur plura de his in opere. pag. 47. 48. 49.

ARTICVLVS III.

De leuantibus à ſacro fonte.

NEceſſariò debet dari aliquis in baptiſmo, qui baptizatum à ſacro fonte ſuſcipiat; ſiuè ſit vnus, vel vna, vel ad ſummum vnus, & vna ex Concil. Trid. ſeſs. 24. de reformat. Matrim. cap. 2. *Requiritur in baptiſmo ſuſcipiens ad ſacrum fontem.*

Horum officium non ſolum eſt ſolemniter reſpondere prò infante; ſed etiam inſtruere ipſum, quandò eſt capax, in fide, & charitate de conſecrat. diſt. 4. cap. vos autem omnia. Hoc tamen intelligendum eſt, dummodò puer careat parentibus, & doctoribus, vel aliter videatur fieri ab eis: vt poſt D. Th. 3. p. q. 67. art. 8. docent alij. *Huius officium quod ſit, et in quo caſu ſit exercendum.*

Et ideò non debent eſſe parentes naturales puerorum, ex eodem D. Tho. 3. p. q. 67. art. 8. ad 2.

Contrahitur autem cognatio quædam ſpiritualis inter baptizantem, & baptizatum, ſuſceptores, ac parentes baptizati, quod diligenter eſt explicandum. Sex ergò ſunt perſonæ inter *Explicatur, inter quas Perſonas ex occaſione baptiſmi naſcatur cognatio ſpiritualis.*

quas contrahitur huiuſmodi cognatio ſpiritualis. Primò, Sacerdos baptizans, & puer baptizatus. Secundò pater, & mater ipſius Baptizati: Tertiò Patrinus, & matrina. Sacerdos contrahit cognationem ſpiritualem cum baptizato, & dicitur paternitas ſpiritualis, & ulteriùs cum patre, & matre baptizati, & dicitur compaternitas; & baptizatus contrahit cum Sacerdote cognationem ſpiritualem, quæ dicitur filiatio. Patrinus, & Matrina contrahunt cognationem ſpiritualem cum babtizato, & dicitur paternitas, & inſuper cum patre, & matre ipſius baptizati, & dicitur compaternitas. Præter hos gradus nulla alia datur cognatio ſpiritualis in baptiſmo ex Conc. Trid. ſeſs.24. de reform. cap.2.

Plura de his videas in opere.p.51.52.

QVÆSTIO Vltima.

De effectibus Baptiſmi.

Correſpondet q. 69. D. Tho. in 3. p.

ARTICVLVS I.

An proprium ſit gratiæ Baptiſmalis omnem culpam, & pænam peccati delere?

Reſp. SIc, & eſt de fide ex Conc. Florent. & Trid. ſeſs. 14. & hoc ex illo D. Petri Act. 2. *Pœnitentiam agite, & Baptizetur vnuſquiſque veſtrum in remiſſionem peccatorum.*

Baptiſmus de ſe delet omne peccatum, & omnem pœnam peccati.

Et propter hoc Baptiſmus dicitur aperire ianuam Paradiſi. p. 53.

D. Tho. 3. p. q. 69. art. 7.

AR-

ARTICVLVS II.

An Sacramentum Baptiſmi ratione characteris ſit ità initerabile, vt numquam iterari poſſit?

Baptiſmus non poteſt repeti niſi ſub conditione: Valdè diligẽs preæ requiritur indagatio ad talem rebaptizationẽ.

Reſp. SIc, abſolutè loquendo; ſub conditione tamen aliquandò poteſt iterari. D. Tho. 3. p. q. 66. art. 9.

Hoc autem eſt, quandò res eſt dubia. Non tamen tam facilè eſt dignoſcere quandò res dubia hoc exigat, non enim omne dubium eſt ſufficiens ad conditionalem rebaptizationem, ſed ſolum illud, quandò præmiſſa ſolerti indagatione, neutri parti poteſt aſſentiri, vndè animus ſemper manet ſuſpenſus, ſit nè baptizatus, nec ne.

De his plura videas in opere. p. 54.

TRA-

TRACTATVS VIGESIMVS SECVNDVS.

De Confirmatione.

Continet q. 72. D. *Tho. in* 3. *p.*

QVÆSTIO I.

De quidditate, & eſſentia Sacramenti Confirmationis.

Correſpondet art. 1. *quaſt.* 72. D. *Tho. in* 3. *p.*

ARTICVLVS I.

Vtrum Confirmatio ſit Sacramentum ab alijs diſtinctum.

Reſp. SIc, & eſt de fide. D. Tho. 3. p. q. 72. art. 1. *Confirmatio eſt ſacramentum*

Eius ſpetialis effectus eſt gratia gratum faciens, & character. p. 55. D. Tho. 3. p. q. 72. art. 6. & 7. *Eius effectus.*

AR-

ARTICVLVS II.

De inſtitutione Sacramenti Confirmationis.

Eius inſtitutio à quo, quando, & qualis.

CHriſtus inſtituit Sacramentum Confirmationis in die Cœnæ non exhibendo, ſed promittendo, dicendo ſcilicet Io: 16. *Si enim non abiero Paraclitus non veniet ad vos, ſi autem abiero mittam illum ad vos.*

D.Tho. 4. ſent. diſt. 7. quæſt. 1. art. 1. quæſtiunc. 1. ad 1. pag. 56.

AR:

Digitized by Google

ARTICVLVS III.

Quid ſit hoc ſacramentum Confirmationis?

DEfinitur linitio Chriſmatis ſub præſcripta forma verborum. p. 57. D. Tho. 4. ſent. diſt. 7. q. 1. a. 1. quæſtiunc. 1. ad 2. & art. 2. quæſtiunc. 3. ad 2.

Definitio Confirmationis.

ARTICVLVS IV.

De materia, & forma Sacramenti Confirmationis.

NVllum datur præceptum obligans ſub peccato mortali ad ſuſceptionem huius Sacramenti; vndè qui illud non ſuſcipit ex negligentia non peccat mortaliter, benè tamen ſi hoc faciat ex Contemptu illud deſpiciens; & nihil eius beneficium æſtimans. pag. 58.
D. Tho. 4. ſent. diſt. 7. q. 1. art. 1.

Suſceptio ſacramenti cõfirmationis præciſo contemptu non obligat ſub mortali.

QVÆ

QVÆSTIO II.

De Materia, & forma Sacramenti Confirmationis.

Correſpondet art. 2. 3. & 4. q. 72. D. Tho in 3. p.

ARTICVLVS I.

De materia ſacramenti Confirmationis.

Qualis eſſe debeat materia confirmationis.

MAteria remota eſt Chriſma, proxima verò linitio.

Chriſma debet eſſe ex Oleo, & Balſamo, & hæc conſecrata ab Epiſcopo. Linitio verò debet fieri in fronte, & per modum Crucis, & hæc de neceſſitate Sacramenti. pag. 59. 60. 61. 62. D. Tho. 3. p. q. 72. art. 2. & 3.

AR-

ARTICVLVS II.

De forma ſacramenti Confirmationis.

FOrma ſunt verba prolata ab Epiſcopo, dicendo: Conſigno te ſigno Crucis, & Confirmo te Chriſmate ſalutis, in Nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti Amen. p.63.

Qualis ſit eiuſdẽ forma.

D. Tho. 3. p. quæſt. 72. art. 4. in corp.

QVÆ.

QVÆSTIO III.

De Confirmante, & Confirmato.

Correſpondet art.8.9.10.11. q.72. D.Tho. in 3.p.

ARTICVLVS I.

Quinam ſit huius Sacramenti Miniſter?

Solus Epiſcopus ex officio eſt miniſter cõfirmationis

Reſp. SOlum Epiſcopum ex officio; ex commiſſione tamen Papæ, & per eius diſpenſationem poſſunt ſimplices Sacerdotes ipſum conferre. D.Th. 3. p. q.72. a.11. in corp. & ad primum. pag.64.

ARTICVLVS II.

De his, qui confirmari debent.

HOc Sacramentum omnibus hominibus eſt conferendum ex D.Tho. 3.p.q.72. art.8, in corp.

Ætas

Ætas requiſita eſt ſeptennium, ſeu vſus rationis: & ideò debet ab alio confirmandus teneri, quia adhuc ſupponitur imbecillis ſpiritualiter. D. Th. 3. p. q. 72. art. 10. in corp.

Quæ requiratur ætas ad ſuſcipiẽdam Cõfirmationem.

Hoc tamen non eſt de eſſentia Sacramenti, & ideò idem ille eſſe poteſt, qui tenuit ad baptiſmum de conſecrat. d. 4. cap. in Catechiſ. non tamen poteſt eſſe vir vxoris, neque è contrà; neque fratres, & ſorores inter ſe.

Cognatio ſpiritualis eſt inter confirmantem, & confirmatum, illius Patrem, & Matrem, ac tenentem; vndè eodem modò de ipſa diſcurrendum eſt ac de illa, quæ contrahitur in baptiſmo. Conc. Trid. ſeſs. 24. c. 2.

Perſonæ, inter quas hic ſimiliter oritur cognatio ſpiritualis.

Diſpoſitiones ad hoc ſacramentum recipiendum ſunt in primis Baptiſmus. Secundò dolor de peccato, ſi adeſt peccatum mortale, immò ſi commodè poteſt, debet præmitti Confeſſio, vt habetur de Conſecrat. diſt. 5. cap. ut ieiunii. Tertiò fides, & intentio.

Quæ diſpoſitiones ad hoc recipiẽdum ſacramentum.

De quibus videatur opus. p. 66. 67.

TRA

TRACTATVS VIGESIMVS TERTIVS

De Auguſtiſſimo Euchariſtiæ Sacramento.

Continet quæſt. D. Tho. in 3. p. à q. 73. vſque ad 84.

QVÆSTIO I.

De ſacramento Euchariſtiæ ſecundum ſe.

Correſpondet quæſt. 73. D. Tho. in 3. par.

ARTICVLVS I.

In quo huius ſacramenti eſſentia conſiſtat.

Explicatur Eſſentia ſacramẽti Euchariſtiæ.

SVppoſito, quod Euchariſtia ſit Sacramentum, ex D. Tho. 3. p. q. 73. artic. 1.

Reſp. quod eſſentia huius Sacramenti

menti in ſpetiebus conſecratis conſiſt t; vnde in ipſo tria ſunt, & id, quod eſt res tantum, & eſt gratia, quæ per hoc Sacramentum cauſatur; & id quod eſt Sacramentum tantum, & ſunt ſpeties conſecratæ: & id, quod eſt res, & Sacramentum ſimul, & eſt corpus, & ſanguis Chriſti ſub his ſpeciebus contenti. pag.68.

ARTICVLVS II.

Vtrum hoc Sacramentum ſit vnum, vel plura?

Reſp. ESſe vnum formaliter, non verò materialiter, ſeu eſſe vnum ſpecificè, ſed non numericè; quam unitatem deſumit ex unitate refectionis. pag. 69. *Qua ratione ſit vnum & multiplex.*

D. Tho. 3. p. q. 73. art. 2.

AR-

ARTICVLVS III.

De neceſſitate huius ſacramenti.

Eiuſdem neceſſitas, et qualis.

NOn loquimur in præſenti de neceſſitate præcepti, de hac enim egimus ſuprà agendo de præceptis Eccleſiæ,& vlteriùs agemus infrà loquendo de Communione: ſed loquimur de neceſſitate medij, de quà

Reſp. quod receptio miſtica, & ſpiritualis Euchariſtiæ, eiuſque votum eſt de neceſſitate ſalutis. D. Tho. 3. p. q.73. art.3

Et hæc conſiſtit in incorporatione cum Chriſto, & ideò eſt neceſſarium tamquam finis, & complementum vitæ ſpiritualis, per quod differt à Baptiſmo. Videatur opus. pag.72.

AR-

ARTICVLVS IV.

De Inſtitutione Sacramenti Euchariſtiæ.

Inſtituitur in vltima cœna.

CErtum eſt apud omnes, Chriſtum inſtituiſſe hoc Sacramentum in ultima cœna; ut habetur Matth. 26. Marc. 14. Lucæ 22. Ex Conc. Trident. ſeſs. 13. cap. 1. & ex D. Tho. 3. p. q. 73. art. 5.

Quo tempore talem cœnam Chriſtus celebraverit.

Quandò autem Chriſtus hanc cœnam celebraverit; dico hoc fuiſſe die, ſeu Luna quartadecima menſis primi, qui apud nos eſt Martij, ad veſperam.

D. Tho. 3. p. quæſt. 73. art. 5. ex D. Matth. 26. Marc. 14. & Luc. 22.

Videatur opus. pag. 73. 74.

QVÆSTIO II.

De Materia huius Sacramenti.

Correſpondet quæſt. 74 D. Tho. in 3. par.

ARTICVLVS I.

Vtrum materia huius Sacramenti ſit panis, & vinum.

Materia Eucbariſtiæ panis & vinum.

Reſp. SIc: ex loc. ſuprad. Matt. 26. Marc. 14. Luc. 22. D. Tho. 3. p. q. 74. art. 1.

Quomodò ſit neceſſarium conſecrare in vtraque ſpecie.

Vndè licèt non ſit neceſſarium neceſſitate Sacramenti conſecrare ſub vtraque ſpecie; eſt tamen neceſſarium neceſſitate præcepti, quod præceptum nedum eſt Eccleſiaſticum, ſed etiam diuinum, affirmativum tamen. Caſus verò particulares multos, & ſcitu neceſſarios circa hoc videas in opere. pag. 76. 77.

Digitized by Google

ARTICVLVS II.

Vtrum requiratur determinata quantitas panis, & vini ad materiam huius Sacramenti.

Reſp. QVòd ſuppoſita materiæ panis, & vini præſentia non requiritur determinata materia, aut certa quantitas eius in ſe, vt valida ſit conſecratio; debet tamen per intentionem Sacerdotis conſecrantis determinari; ità vt ſi panem, & vinum in maxima quantitate conſecraret grave peccatum faceret, immò immane ſacrilegium. pag. 80.

Quomodò ſe gerere debeat Sacerdos circà quantitatem cõſecrandam panis & vini.

D. Tho. 3. p. q. 74. art. 2.

ARTICVLVS III.

Vtrum requiratur ad materiam huius Sacramenti, quòd panis ſit triticeus.

Reſp. SIc: vndè panis ordeaceus, vel ex ſpelta, farre, aut ſiligine confectus non eſt materia huius ſacramenti. pag. 81. 82.

Panis de tritico ſolũ eſt apta materia huius Sacramẽti.

D. Tho. 3. p. q. 74. art. 3.

Digitized by Google

ARTICVLVS IV.

Vtrum hoc Sacramentum debeat confici in pane azimo.

In quo pane conſecrare debeant Sacerdos latinus, et Grecus.

Reſp. QVòd licèt hoc non ſit neceſſarium de neceſſitate Sacramenti; eſt tamen neceſſarium de neceſſitate præcepti loquendo de Sacerdote latino, ſecùs verò de ſacerdote Græco, uti habetur ex Conc. Florentino in decreto unionis; vndè ſicuti peccaret mortaliter Sacerdos latinus conſecrans in fermentato; ità Græcus conſecrans in azimo, quia peruerteret Eccleſiæ ſuæ ritum. pag. 83. 84.

D.Tho. 3. p. q. 74. art. 4.

ARTICVLVS V.

Vtrum vinum vitis ſit propria materia huius Sacramenti.

Vinum de vite ſolùm eſt apta materia huius Sacramēti.

Reſp. SIc: ſiuè album ſit, ſiue nigrum.

D. Tho. 3. p. q. 74. art. 5.

De his plura videas in op. p. 85. 86.

AR-

ARTICVLVS VI.

Vtrum, & quanta aqua ſit permiſcenda vino in hoc Sacramento.

Reſp. QVòd licèt de neceſſitate Sacramenti non ſit, quòd aqua permiſceatur vino; eſt tamen de neceſſitate præcepti, non quidem divini, ſed Eccleſiaſtici; ità vt qui ſine illa conſecraret, peccaret mortaliter ex Conc. Trident. ſeſs. 22. cap. 6. *Quæ ſit neceſſitas promiſcendi aquam vino in calice.*

Hæc autem debet eſſe modiciſſima, præcipuè ſi vinum ſit debile, & debet eſſe aqua naturalis, & tunc debet miſceri, quandò celebratur, ad habendam ſignificationem huius Miſterij, Paſſionem Christi repræſentantis. D. Tho. 3. p. q. 74. art. 6. 7. & 8. *Quanta debeat eſſe.*

Videantur plura de hoc pulcherrima in opere. pag. 87. 88.

QVÆSTIO III.

De conuerſione panis, & vini in corpus, & ſanguinem Chriſti.

Correſpondet q. 75. D. Tho. in 3. p.

ARTICVLVS I.

Vtrum in hoc Sacramento ſit corpus Chriſti ſecundum veritatem.

Corpus Chriſti eſt verè, et realiter in hoc Sacramento.

Reſp. SIc, & eſt de fide definita in Conc. Romano ſub Nicolao II. & in Concil. Trident. ſeſs. 13. can. 1.

D. Tho. 3. par, quæſt. 75. art. 1. pag. 92. 93.

AR-

ARTICVLVS II.

Vtrum in hoc Sacramento remaneat ſubſtantia panis, & vini poſt Conſecrationem.

Reſp. NOn: & contrarium eſt hæreticum. Ex Concil. Trident. ſeſſ. 13. can. 2. pag 94. 95.
D. Tho. 3. p. q. 75. art. 2.

Nihil ſubſtantiæ panis, & vini remanet poſt conſecrationem.

ARTICVLVS III.

An ſubſtantia panis, & vini poſt conſecrationem huius Sacramenti annihiletur.

Reſp. NOn: ſed convertitur in corpus, & ſanguinem Chriſti. pag. 96.
D. Tho. 3. p. q. 75. art. 3.

Quæ tamen non annihilatur.

Digitized by Google

ARTICVLVS IV.

Vtrum panis poſſit converti in corpus Chriſti.

Sed tota per ſpecialem Dei potentiam cõvertitur in ſubſtãtiam corporis, & ſanguinis Domini.

Reſp. SIc, ſubſtantialiter, quod idem dicendum eſt de ſubſtantia vini. Intellige tamen per divinam potentiam, cum ſit converſio totius ſubſtantiæ in totam ſubſtantiam. D. Tho. 3 p. q. 75. art. 4.

Plura de hoc videas in opere. *p. 97. 98. 99.*

QVÆSTIO IV.

De modo, quo Chriſtus eſt in hoc Sacramento.

Correſpondet q. 76. D. Th. in 3. p.

ARTICVLVS I.

Vtrum totus Chriſtus contineatur ſub hoc Sacramento.

Reſp. SIc ſecundum fidem ; ità tamen , quòd corpus , & ſanguis ſit in eo ex vi verborum , & Sacramenti ; anima verò rationalis , & divinitas per concomitantiam.

Totus Chriſtus eſt in hoc Sacramento: ſub diverſa tamen ratione ibi adſunt corpus, & ſanguis, ac adſint Di*vinitas & Anima.*

D. Tho. 3. p. q. 76. art. 1.

ARTICVLVS II.

Vtrum totus Chriſtus ſecundum quantitatem dimenſiuam corporis contineatur ſub utraque ſpecie huius Sacramenti, & ſub qualibet parte ſpecierum.

Totũ Chriſti corpus quantum ad ſuã naturalem dimenſionem, quam habet eſt ſub utraque ſpecie, et ſub qualibet parte ſpecierum.

Reſp. SIc, ſecundum modum ſubſtantiæ, & ex vi realis concomitantiæ. pag. 103. 104.

D. Tho. 3. p. q. 76. art. 4.

ARTICVLVS III.

Vtrum corpus Chriſti ſit mobiliter in hoc Sacramento.

Quomodo in hoc Sacramento Corpus Chriſti ſit mobile.

Reſp. NOn; loquendo ſecundum ſe; mouetur tamen per accidens motu locali ad motum ſpecierum. pag. 105. 106.

D. Tho. 3. p. q. 76. art. 6.

Digitized by Google

ARTICVLVS IV.

Vtrum corpus Chriſti prout eſt in hoc Sacramento poſſit videri ab aliquo oculo ſaltem glorificato.

Reſp. NOn: loquendo reduplicatiuè prout eſt in hoc Sacramento: licèt enim oculus glorificatus poſſit elevari ad videndum Chriſtum in hoc Sacramento exiſtentem, non tamen ad videndum modum, quo ibi exiſtit. pag. 107.

Quomodo oculus glorificatus poſſit videre Chriſtum in hoc Sacramento.

D. Tho. 3. p. q. 76. art. 7.

Quid autem ſit, quod videtur, quandò apparet puer in hoſtia legas in opere. pag. 108.

Quid de puero in hoſtia apparente.

QVÆSTIO V.

De accidentibus remanentibus in Sacramento Euchariſtiæ.

Correſpondet q.77. D. Tho. in 3. p.

ARTICVLVS I.

Vtrum vera accidentia ſint in hoc Sacramento.

Realia & phyſica accidentia ſunt in hoc Sacramento.

Reſp. SIc realia, & Phyſica. Ex Catechiſ. Romano 2. p. n. 45. & ex Concil. Trident. ſeſs. 13. can. 2. pag. 109.

ARTICVLVS II.

Vtrum accidentia remaneant ſine ſubiecto in hoc Sacramento.

Et quidem ſine omni ſubiecto.

Reſp. SIc, virtute omnipotentiæ diuinæ, D.Th. 3. p. queſt. 76. art. 1.

QVÆ-

QVÆSTIO VI.

De forma Sacramenti Euchariſtiæ.

Correſpondet q.78. D.Tho. in 3. p.

ARTICVLVS I.

In quibus verbis conſiſtat forma huius Sacramenti.

Reſp. HAnc eſſe formam conſecrationis panis: Hoc eſt corpus meum. Forma verò conſecrationis calicis hæc eſt: Hic eſt calix ſanguinis mei, novi, & æterni teſtamenti, myſterium fidei, qui pro vobis, & pro multis effundetur in remiſſionem peccatorum. Et hæc omnia ſunt de ſubſtantia huius formæ. pag. 115.

Quæ ſit forma conſecrationis Panis, & Calicis.

D. Tho. 3. par. quæſt. 78. art. 1. 2. & 3.

ARTICVLVS II.

Vtrum verba poſita in forma huius Sacramenti verè ſignificent, quod promunt.

Verba conſecrationis ſignificant efficiendo.

Reſp. SIc: non tamen præſupponendo rem ſignificatam, quamvis ſign.ficativè ſumantur, ſed efficiendo eam. pag. 119. 120. D. Tho. 3. p. q. 78. art. 5.

QVÆSTIO VII.

De effectibus Sacramenti Euchariſtiæ.

ARTICVLVS I.

Quam gratiam conferat hoc Sacramentum.

Reſp. QVod præcipuus, & primarius effectus huius Sacramenti

menti non eſt gratia reconciliationis, & remiſſio peccatorum; ſed eſt augmentum gratiæ, quo homo in ſeipſo perfectus exiſtit per coniunctionem ad Deum. Per accidens tamen etiam poteſt primam gratiam cauſare, prò quo explicando ſit

Augmentū gratiæ per ſe, & prima gratia per accidens cōfertur in hoc Sacramento.

Caſus.

Petrus exiſtens in peccato mortali invincibiliter ignorat ſe eſſe in illo. Sumit Euchariſtiam.

Caſus De ſumente Euchariſtiā in peccato mortali, ſed hoc invincibiliter ignorante.

Quæritur quam gratiam cauſet in illo?

Reſp. primam gratiam; tunc enim per accidens ad vitam gratiæ recuperandam prodeſt; ſupponitur enim, quòd non acceſſerit ad Confeſſarium, quia non habebat conſcientiam talis peccati, vel ſi acceſſit, recepit ſolam benedictionem ab eo.

Quandam etiam gratiam actualem de ſe cauſat hoc Sacramentum, nempè excitationem charitatis, & actualem refectionem cum dulcedine.

Effectus alii particulares, quos cauſat Euchariſtia indignè communicanti.

Et denique per quandam redundantiam cauſat etiam in corporibus ſumentium aliquem effectum gratuitum; nempè diminutionem fomitis, exhibitionem membrorum noſtrorum in arma Iuſtitiæ; & incorruptionem noſtri corporis in reſurrectionem ſortiendam.

Hæc

Digitized by Google

Hæc omnia ex D.Tho.3.p.q.79. art.1. in corp. & ad 1. 2. & 3. & art. 3.

Videatur opus. p. 121.

ARTICVLVS II.

Quandò hoc Sacramentum cauſet Gratiam.

Inſtans, in quo Euchariſtia cauſat gratiã.

Reſp. GRatiam cauſare in illo inſtanti, quo verum eſt primò dicere: comeſtum eſt, ad quod explicandum ſit

Caſus.

Caſus De eo, qui antequam deglutiat Sacramentũ dolet de mortali, cuius recordatur iam Sacerdote appropinquãte, ut ſacrã ſinaxim illi porrigat.

Titius putans ſe eſſe in gratia accedit ad hoc Sacramentum ſumendum, dum Sacerdos appropinquat illi, vt hoſtiam porrigat, memoratur peccati mortalis, confuſione correptus neſciens quid reſolvat, ſumit hoſtiam; dum ipſam habet in ore antequam deglutiat, dolet de peccato proponens ſtatim confiteri, & poſteà deglutit hoſtiam.

Quæritur an peccauerit peccato ſacrilegij.

Reſp. negatiuè; quia ſicuti non acquiritur gratia huius Sacramenti, niſi poſt comeſtionem; ità non incurritur peccatum, niſi poſt deglutionem: niſi tamen ſumpſiſſet animo deglutiendi antequam doleret.

Videatur opus. p.122.

AR.

ARTICVLVS III.

De variis effectibus huius Sacramenti.

Alii effectus huius Sacramenti ſingillatim enumerantur.

PRimus, & principalis eſt conferre gratiam per modum nutritionis, & augmenti in vita Spirituali.

2. Illi maximè proprius eſt quædam lætitia, & dulcedo ſpiritualis, qua animæ, in eius receptione perfunduntur.

3. Eſt tollere venialia, & à mortalibus præſervare: ex Concil. Trident. ſeſs. 13. cap. 2.

4. Eſt remittere pœnam peccatis debitam, ſi non in toto, ſaltem in parte.

5. Eſt mitigatio, ſeu diminutio fomitis, ſubindeque concupiſcentiæ refrigerium, & amor caſtitatis.

6. Eſt immortalitas, & reſurrectio corporum, quæ huic Sacramento maximè attribuitur à SS. Patribus. D. Cyrillus Alexand. lib. 4. in Io: cap. 2. Irenæus &c.

7. Eſt perſeuerantia finalis. Et vltimus eſt adeptio gloriæ

De his omnibus plura videas in opere pag. 123. 124.

AR-

Digitized by Google

ARTICVLVS IV.

Quænam diſpoſitio requiratur ad recipiendos effectus huius Sacramenti Euchariſtiæ.

Diſpoſitiones requiſitæ ad recipiendos Euchariſtiæ effectus.

Reſp. QVòd quamvis ad conſequendam ſpiritualem dulcedinem, & alios effectus, quæ ex ſuperabundanti virtute hujus Sacramenti conferuntur requiratur actualis deuotio, & excluſio peccatorum venialium. Tamen ad conſequendum augmentum gratiæ, & charitatis ſufficit, ut homo in gratia, & abſque peccato mortali ad hoc Sacramentum accedat. pag. 126.

D. Tho. 3. p. q. 79. art. 8.

QVÆ-

QVÆSTIO VIII.

De Sacra Communione, ſeu de vſu, & ſumptione.

Correſpondet q. 80. D. Tho. in 3. p.

ARTICVLVS I.

Quomodò ſe ipſum probare debeat peccator, ut accedens ad Euchariſtiam non peccet.

Quæ probatis ſui ipſius requiratur in peccatore, ne peccet in accedendo ad talē mēſam.

Reſp. EXplorando diligenter conſcientiam ſuam, an peccatum aliquod mortale commiſerit, quod ſi invenerit, debet ab illo ſemundare, & purgare, non ſolum per dolorem, ſed & per actualem confeſſionem. Et hoc ex præcepto diuino expreſſo in illo D. Pauli: Probet autem &c.

Dummodò tamen Confeſſarij copiam habeat, & neceſſitas non vrgeat: nam in hoc caſu, ſufficit contritio cum propoſito confitendi quam primum: ex Conc. Trid. ſeſs. 13. cap. 7. D. Tho. 3. p. q. 80. art. 4

Caſus

Caſus particulares de hoc ponuntur in opere. p.128.129.

Videantur opiniones damnatæ ab Alex. VII. n.38. 39.40.

In opere etiam videatur quid dicendum de peccatore Euchariſtiam petente; niſi enim peccator ſit publicus, & notorius non poteſt Sacerdos illi Euchariſtiam negare. D.Thom. 3. par. quæſt.80. art.6.

ARTICVLVS II.

Vtrum cibus, & potus præaſſumptus impediat ſuſceptionem huius Sacramenti.

Sumenda eſt Euchariſtia nullo præaſſumpto cibo, vel potu; infirmis tamen exceptis, de quorum vitæ periculo dubitatur.

Reſp. SIc, ex præcepto Eccleſiæ expreſso in Concil. Toletano 7. can. 2. in Conſtantienſi ſeſs. 13. & in alijs. Et hoc intelligitur à media nocte.

Excipiuntur tamen infirmi, qui ſtatim communicandi ſunt etiam poſt cibum, ſi de eorum periculo dubitatur, ne ſine Communione decedant. D.Th. 3. p. q.80. art. 7. in corp.

Et quia Concilia hoc infirmis permittentia non limitant, vt ſemel in eadem infirmitate id fiat, ideò communis ſententia D.D. eſt, quòd pluries poſſit

poſſit infirmus Euchariſtiam ſumere in eadem infirmitate, etiam per modum viatici, ſi infirmus periculum mortis euadat primò, & poſteà iterum in ipſum incidat, & Euchariſtiam petat etiam poſt cibum. Quod tamen non fiet, niſi infirmus ex deuotione iterum petat, vt contrà hoſtes roboretur; quia præceptum de communione ſumenda ab infirmo per modum viatici obligat tantum vnica vice, in eadem infirmitate, vt dicemus.

Præceptum ſumēdi Euchariſtiam per modum viatici obligat vna tātum vice in eadem infirmitate.

Videatur opus. pag. 131.

ARTICVLVS III.

De Communione ſub vtraque ſpecie.

Reſp. QVòd cum nullum ſit ius diuinum iniungens laicis cōmunionem ſub vtraque ſpecie; benè potuit Eccleſia prohibere illis vſum calicis. D. Tho. 3. p. q. 80. art. 12. in corp.

Laicis, rectè, & iuſtè diſponente Eccleſia, ſub vnica tantùm ſpecie, nimirùm panis, communicandum eſt.

Nec propter hoc fit laicis aliqua iniuria; nam laicus æqualiter diſpoſitus tantum recipit de gratia, quantum Sacerdos, qui propter integritatem ſacrificij ſub utraque ſpecie conſecrat, & ſummit.

Videatur opus. pag. 133.

AR-

Digitized by Google

ARTICVLVS IV.

De vſu rationis, nec non ætate ad ſumendum Sacramentum requiſita.

Quiſque in ætate diſcreta tenetur non ſolùm in mortis articulo ſed etiam in Paſchate communicare.

PVeris antè uſum rationis non eſt miniſtranda Euchariſtia ex prohibitione Eccleſiæ. Conc. Trid. ſeſs. 21. cap. 1. & can. 4.

Poſtquam ad annos diſcretionis pervenerint non ſolum tenentur ad præceptum divinum de communione in articulo mortis, ſed etiam ad præceptum Eccleſiaſticum de communicando in Paſchate.

Quid de amentibus, & in quo caſu præberi poſſit eiſdem Euchariſtia

Quæ pariter dicenda ſunt de amentibus, proportione ſeruata; nam ſi ſint tales à natiuitate, vel antè vſum rationis computandi ſunt inter parvulos, nec eis unquam miniſtranda eſt Euchariſtia. Si autem poſt vſum rationis inciderint in amentiam, nec conſtet de peccato mortali habito, quandò effecti ſunt dementes, & deuotionem priùs oſtenderint ergà hoc Sacramentum, illis non eſt neganda, immò eſt danda Euchariſtia in articulo mortis, ſecluſo periculo vomitus, vel expuitionis. D. Tho. 3. p. q. 80. art. 9. in corp.

Semi-

Semifatuis autem ſemper eſt miniſtranda Euchariſtia, non ſolum in articulo mortis, ſed etiam quolibet anno in Paſchate; immò quoties id ex devotione petunt. *Quid de ſemifatuis.*

Quod etiam dicendum eſt de Energumenis baptizatis, ſi tamen ſint ſui compotes, & non habeant aliquod impedimentum. *Quid de Energumenis baptizatis.*

Surdis, & mutis, qui ad vſum rationis peruenerunt, & per nutus confitentur peccata oſtendentes deuotionem ergà hoc Sacramentum, debet Euchariſtia miniſtrari. *De Surdis.*

Et denique ultimo ſupplicio damnatis, etiam paulò antè mortem, & hi gaudent priuilegio, quod poſſunt non jeiuni illam ſumere; nec poteſt vlla lex Ciuilis, ſeu conſuetudo, aut Iudicis ſententia præcipere contrarium. *Quid tandẽ de vltimo ſupplicio damnatis.*

Videatur opus. p.137. &c.

QVÆ-

Digitized by Google

QVÆSTIO IX.

De hoc Sacramento prout eſt ſacrificium.

Correſpondet quæſt. 82. D. Tho. in 3. part.

ARTICVLVS I.

An ſolus Sacerdos poſſit conficere hoc Sacramentum.

Solus Sacerdos conficere poteſt Euchariſtiã.

Reſp. SIc; & hoc ſolum eſt illi proprium. p. 140 D. Tho. 3. p. quæſt. 82. art. 1. & 3.

ARTICVLVS II.

An Miniſter huius Sacramenti teneatur ex vi ſolius ordinationis aliquandò conficere.

Quando tenetur Sacerdos ex vi ordinationis ſacrum facere.

Reſp. SIc; etiamſi non ſit curatus: & hoc ſaltem in ſolemnioribus feſtis: ex D. Tho. 3. p. q. 82. art. 10.

AR-

Digitized by Google

ARTICVLVS III.

An ſolus Sacerdos poſſit diſtribuere Sacramentum Euchariſtiæ.

Reſp. SIc ex officio; cæterum ex commiſſione in caſu neceſſitatis poteſt etiam diſpenſari à Diacono; alteri autem numquam conuenit. *Quis & quo titulo poſſit diſtribuere Euchariſtiã*

D. Tho. 3. p. q. 8. art. 3. in corp. & ad 1.

De his videas plura in opere. p. 144.

ARTICVLVS IV.

An Regulares poſsint licitè ſine licentia Parochi Euchariſtię Sacramentum ſæcularibus miniſtrare.

Reſp. SIc: ex priuileg. plurium Pontificum, de quibus videatur opus. Et hoc abſque licentia Pa-

D rochi,

Quo titulo, vel facultate poſſint Regulares ſine licētia Parochi miniſtrare ſæcularibus Euchariſtiam.

Quibus amplius poſſint ſemper, & ſine ullo reſpectu in ſuis Eccleſiis.

rochi, etiam in die Paſchatis; quandò prudenter exiſtimant Parochiæ iam ſatisfeciſſe, vel poſteà eſſe ſatisfacturos. Immò in articulo, vel mortis periculo abſente Parocho, vel etiam eo præſente, & nolente Euchariſtiam per modum viatici miniſtrare; de quo priuileg. vid. in op.

Vagis verò, aduenis, & Peregrinis ſemper abſque vllo reſpectu in ſuis Eccleſijs poſſunt Euchariſtiam miniſtrare, etiam in die Paſchatis, vt præcepto annuæ communionis ſatisfaciant.

Et denique poſſunt Sacerdotibus ſæcularibus, vt hoc Sacramentum in ſuis Eccleſiis miniſtrent, quoties opus fuerit, iniungere.

Videatur opus, vbi omnia priuilegia ponuntur. pag. 146. &c.

QVÆ-

Digitized by Google

QVÆSTIO X.

De Sacrificio Miſſæ.

ARTICVLVS I.

Vtrum Miſſa habeat veram, & propriam rationem Sacrificij.

Reſp. SIc: vnde Euchariſtia non ſolum eſt Sacramentum, ſed & ſacrificium, & teſtamentum; alias Chriſtiani eſſent deterioris conditionis hebræorum, immò Gentilium, cum omnes ſemper ſua habuerint ſacrificia. pag. 149.

Miſſa non ſolùm eſt Sacramentum, ſed & verum Sacrificium.

ARTICVLVS II.

In quo conſiſtat Eſſentia ſacrificii Miſſæ.

Reſp. COnſiſtere in conſecratione. pag. 151.

Hoc in conſecratione conſiſtit.

ARTICVLVS III.

An ſacrificium Miſſæ ſit propitiatorium, & ad quos effectus poſsit, & valeat, & quomodò.

Hoc ſacrificium non ſolum ſumentibus prodeſt, ſed aliis etiam, tam vivis, quàm defunctis in Purgatorio exiſtentibus

Reſp. ESſe propitiatorium, & producere omnes effectus Euchariſtiæ ſupraposſitos; nón ſolum per modum impetrationis, ſed etiam ex opere operato; vndè non ſolum prodeſt ſummenti, ſed etiam aliis, tam vivis, quàm defunctis, remittendo pœnam pró culpa remiſſa in Purgatorio ſoluendam. D. Tho. in 4. d. 12. q. 2. art. 3. quæſtiun. 3.

Ad hoc facit opinio damnata ab Alex. VII. num. 8. 9. 10.

Videatur opus. pag. 153.

QVÆ.

QVÆSTIO
Vltima.

De ritu huius Sacramenti.

Correſpondet q.83. D.Tho. in 3. p.

ARTICVLVS I.

Vtrum convenienter ſit determinatum tempus celebrationis Miſſæ.

Reſp. SIc: Regulariter, tum quotidiè; tum ab aurora vſque ad nonam. D. Tho. 3. p. quæſt. 83. art. 2. *Tempus determinatum pro celebratione Miſſæ.*

Videas plura in opere. pag.155.

ARTICVLVS II.

Vtrum oporteat hoc Sacramentum celebrare in domo, & in vaſis ſacris.

Mortaliter peccaret celebrans in vaſis nō ſacris, vel in Eccleſia violata citrà neceſſitatem, & conſenſum Epiſcopi.

Reſp. SIc; ità quòd qui contrarium faceret, peccaret mortaliter. D. Tho. 3. p. q. 83. art. 3.

Quod etiam dicendum eſt de eo, qui celebraret in Eccleſia violata, ſeu polluta ſine neceſſitate, & abſque conſenſu Epiſcopi.

De hoc plures caſus videas in opere. pag. 158.

ARTICVLVS III.

An Sacerdos teneatur celebrare in altari, & vaſis conſecratis, & cum veſtibus ſacris.

Similiter qui ſine veſtibus ſacris, & in altari non conſecrato celebraret.

Reſp. SIc; & qui aliter faceret peccaret mortaliter. D. Tho. 3. p. q. 83. art. 3.

Plura de hoc videas in opere. p. 160.

AR-

Digitized by Google

ARTICVLVS IV.

Vtrum ſit peccatum mortale omittere aliquid eorum, quæ in Miſſa dicuntur.

Reſp. SIc: ex parvitate tamen materiæ poteſt eſſe veniale.

Videantur plura pulchra de hoc in opere. pag. 161.

Quale ſit peccatum omittere aliquid eorum, quæ dicuntur in Miſſa.

ARTICVLVS Vltimus.

Vtrum poſsit ſufficienter occurri defectibus circà celebrationem Miſſæ occurrentibus ſtatuta Eccleſiæ obſeruando.

Reſp. SIc; ſtatutis illis ſano modo intellectis; quœ explicantur à D. Tho. 3. p. q. 83. art. 6. & in opere. pag. 163. 164. Atque hæc &c.

Statuta Eccleſiæ circà Miſſam ritè obſeruata ſatis ſunt ad euadendos defectus ſolitos contingere in Miſſa.

Digitized by Google

TRACTATVS

VIGESIMVS QVARTVS

De Sacramento Pœni-tentiæ.

Continet quæſt. D Tho. à q 84. vſque ad 100. *& vltimam* 3. *p. & à prima ſupplem eiuſdem* 3. *p. vſque ad* 28.

QVÆSTIO I.

De Pœnitentia prout eſt Sacramentum.

Correſpondet q. 84. *D. Tho. in* 3. *p.*

ARTICVLVS I.

De exiſtentia Sacramenti Pœnitentiæ.

Definitio Sacramenti Pœnitentiæ. POenitentia definitur Sacramentum remiſſionis peccatorum, quæ poſt Baptiſmum committuntur.

Dari

Dari in Eccleſia eſt de fide definitum in Concil. Florent. in litt. Vnionis, & in Trident. ſeſs.14. can.1. *Idem eſſe in Eccleſia eſt de fide.*

D.Tho.3. p. q.84. art.1. p.165.166

ARTICVLVS II.

De inſtitutione huius Sacramenti.

FVisse inſtitutum à Chriſto Domino eſt de fide, ex Concil. Trident. ſeſs.14. can.1. *Eſt pariter de fide, fuiſſe inſtitutũ à Chriſto.*

Quo verò tempore, definitur pariter in eod. Concil. Trident. ſeſs. 14. cap.1. his verbis. Dominus Sacramentum Pœnitentiæ tunc præcipuè inſtituit, cum à mortuis excitatus inſufflavit in diſcipulos, dicens: accipite Spiritum Sanctum, quorum remiſeritis peccata remittuntur eis, & quorum retinueritis retenta ſunt. Io.20. pag.167. *Quo tempore fuerit inſtitutum.*

Digitized by Google

ARTICVLVS III.

De materia proxima huius Sacramenti.

Eiuſdem materia proxima, & remota qualis ſit.

MAteria proxima huius Sacramenti eſſe actus pœnitentis definitur in Concil. Trident. ſeſs. 14. cap. 3.

Remota verò ſunt peccata non acceptanda, ſed deteſtanda, & deſtruenda. D. Tho. 3. p. q. 84. art. 2. in corp.

Plura vide in opere. pag. 168. 169.

ARTICVLVS IV.

De materia remota huius Sacramenti.

Expenditur ſeries peccatorũ, quæ ſunt materia remota huius Sacramenti. 1

JAm dixi, quòd ſunt peccata &c. modò videre oportet, quænam peccata hoc habeant.

In primis omnia peccata mortalia, etiamſi ſint aliàs in Confeſſione remiſſa. D. Tho. 4. diſt. 18. quæſt. 1. art. 3. quæſtiunc. 2.

Secundò, cum peccatum originale ſit materia Sacram. Baptiſmi, non poteſt eſſe materia huius Sacramenti; & ideò ſolum peccatum actuale hoc habet. Ex Trid. ſeſs. 14. cap. 1.

Ter-

Tertiò, Peccata antecedentia Baptiſmum in adulto, non ſunt materia huius Sacramenti, cum deleantur à Baptiſmo, vt diximus.

Quartò, Peccata, quæ committuntur in ſuſceptione Baptiſmi lauacrum tamen antecedentia, vel concomitantia non ſunt materia huius Sacramenti, cum pariter deleantur à Baptiſmo.

Quintò, excipitur tamen peccatum fictionis in actu Baptiſmi commiſſum, hoc enim eſt vera materia Pœnitentiæ. D. Tho. 3. p. q. 69. a. 10. ad 2.

Sextò, Peccata venialia ſunt materia huius Sacramenti, non neceſſaria, ſed ſufficiens; non primaria, ſed ſecundaria. D. Tho. 3. p. q. 84. art. 2. & eſt de fide ex Trid. ſeſs. 14. cap. 5. & can. 7.

Materia huius Sacramenti vna eſt neceſſaria primaria, & ſunt mortalia, altera ſufficiens tantùm, & ſecundaria, & ſunt venialia.

Plura videas in opere. pag. 171.

QVÆSTIO II.

De Pœnitentia prout eſt virtus.

Correſpondet q. 85. D. Tho. in 3. p.

ARTICVLVS I.

Vtrum, & qualis virtus ſit Penitentia.

Explicatur qualis virtus ſit Pœnitentia.

Reſp. ESſe virtutem, ſecundum quod eſt triſtitia de peccato, conſiſtens in voluntate intendente remouere illud. D.Tho.3. p. q.85. art.1. & ideò eſt ſpecialis virtus. D. Tho. 3. p. q.85. art. 2. ſimpliciter diſtincta à Iuſtitia, etiam commutatiua; ſecundum quid verò accepta eſt pars illius; ideſt reſpectu Dei, cui offenſo Pœnitentia ſatisfacere curat. D. Tho. 3. p. q. 85. art. 3.

De hoc plura videas in opere. pag. 173. 174.

AR-

ARTICVLVS II.

De obiecto tam formali, quàm materiali Pœnitentiæ.

OBiectum formale eſt ius diuinum læſum per offenſam, vt reparabile per ſatisfactionem, & compenſationem quamdam.

Quodnam illius obiectum materiale, & formale.

Obiectum verò materiale, ſunt omnia peccata, quæ ſupradiximus eſſe obiectum huius Sacramenti, & vlteriùs etiam peccatum Originale, vtpotè ſubſtratum motiuo formali pœnitentiæ. pag, 176.

D. Tho. in 4. diſt. 17. quæſt. 2. art. 2. quæſtiunc. 1.

ARTICVLVS III.

De ſubiecto virtutis Pœnitentiæ.

Reſp. ESſe in voluntate, ut in proprio ſubiecto; loquendo tamen de pœnitentia non prout eſt paſſio ſenſitiua, ſed ſecundum quod eſt virtus. pag. 177.

Quodnam eiuſdē ſubiectum.

D. Tho. 3. p. q. 85. art. 4.

QVÆ,

Digitized by Google

QVÆSTIO III.

De effectibus Pœnitentiæ.

Correſpondet pluribus q. D. Th. in 3. p. nempe q. 86. 87. 88. 89.

ARTICVLVS I.

Vtrum primus effectus Pœnitentiæ ſit remiſsio omnium peccatorum mortalium.

Quinam ſit primus effectus Pœnitentiæ, & quatenus eadē eſt virtus, & quatenùs Sacramētum.

Reſp. SIc; loquendo tam de pœnitentia provt eſt virtus, quàm pro vt eſt Sacramentum. pag. 178.
D. Tho. 3. p. q. 86. art. 1.

AR-

ARTICVLVS II.

Vtrum per penitentiam tollatur reatus penæ æternæ, ità tamen, quòd remaneat reatus penæ temporalis.

Reſp. SIc: ex Concil. Trid. ſeſs. 16. cap. 14. & can. 30. & inſuper ſeſs. 14. cap. 8. D. Tho. 3. p. q. 86. art. 4. in corp. & ad 3. pag. 179. *Quæ pœna deleatur per pœnitentiã.*

ARTICVLVS III.

Vtrum remiſſio venialium ſit tertius effectus penitentiæ.

Reſp. SIc; ità, & taliter, quòd venialia non poſſint remitti ſine illa provt virtus eſt. D. Tho. 3. par. q. 87. art. 1. *Quinam ſit tertius effectus Pœnitentiæ.*

Loquendo verò de ea provt eſt Sacramentum licèt poſſint ab ea remitti venialia, quæ ex opere operato illi ſubijciuntur, tamen adhùc illa poſſunt remitti per alia Sacramenta; immò etiam per Sacramentalia, putà per aſperſionem acquæ benedictæ, per Epiſco, *Venialia remittũtur etiam extrà Sacramentũ pœnitentiæ, & quo pacto.*

Digitized by Google

ſcopalem benedictionem &c. dummodò tamen tunc adſit motus liberi arbitrii in Deum, & in peccatum; illum reuerendo, iſtud deteſtando. D. Tho. 3 p. q. 87 a. t. 3. pag. 180. 181.

ARTICVLVS IV.

Vtrum recuperatio virtutum, & reuiuiſcentia meritorum ſit quartus Pœnitentiæ effectus.

Quartus effectus pœnitentiæ in quo cōſiſtat.

Reſp. SIc: ex D. Tho. 3. p. q. 89. per totam. Cuius longam explicationem videas in opere. pag. 183. 184. 185. 186.

QVÆ-

Digitized by Google

QVÆSTIO IV.

De Contritione.

Correſpondet q. 1. ſupplementi ad 3. p. D. Tho. vſque ad 5. incluſivè.

ARTICVLVS I.

De eſſentia Contritionis.

DEfinitur à Tridentino ſeſs. 14. cap. 4. quod ſit Animi dolor, ac deteſtatio de peccato commiſſo cum propoſito non peccandi de cætero. Deſumitur ex D.Tho. in ſupplem. ad 3. p. quæſt. 1. art. 1. *Definitio Cõtritionis.*

Dividitur in perfectam, & imperfectam; prima, quæ verè eſt contritio, eſt dolor, & deteſtatio peccati propter Deum ſummè dilectum. *Eius diviſio*

Imperfecta verò, quæ dicitur Attritio; eſt dolor, ac deteſtatio peccati non propter Deum ſummè dilectum, ſed propter aliquod motivum inferius, honeſtum tamen, & aliquo modo ſupernaturale. V. g. propter metum gehennæ, deformitatem peccati lumine fidei propoſi- *Vtriuſque differentia eſſentialis.*

Digitized by Google

poſitam, & ſimilia. D.Tho. in ſupplem. ad 3. p. q. 1. art. 2. ad 2.

Diuerſimodè ſe habent in delendo peccata.

Prima, nempè contritio delet peccata mortalia, & iuſtificat hominem priuſquam Sacramentum pœnitentiæ actu ſuſcipiatur; etſi non ſine voto Sacramenti in ipſa Contritione incluſo.

Secunda, verò hoc ſolum preſtat cum Sacramento.

De hoc videatur opus. p. 187. 188.

ARTICVLVS II.

De Præcepto Contritionis.

Quale ſit præceptum obligans ad contritionē perfectam; in quibus caſibus, & quando per ſe, & quando per accidens.

DAri præceptum de Contritione, & pœnitentia nedum diuinum, ſed etiam naturale ipſo iure naturali obligans, docet D.Tho. 3. p. q. 84. art. 4. in corp. & ad 1.

Quod tamen intelligendum eſt in defectu Sacerdotis, qui Sacramentum pœnitentiæ conferre poſſit; tunc enim plures aſſignantur caſus, in quibus præceptum de contritione obligat; & quidem

Per ſe, primò obligat in articulo mortis; & ſecundò in morali periculo vitæ.

Per accidens verò primò obligat, quandò homo tenetur recipere aliquod Sacramentum viuorum. Secundò, quoties ſunt adminiſtranda Sacramenta.

Tertiò, quandò occurrit præceptum annuæ

Digitized by Google

annuæ Confeſſionis, & deeſt Confeſſarius. Quartò, quandò vrget aliqua grauis tentatio.

Et quintò, in caſu publicæ calamitatis.

Videatur opus. pag. 189.

ARTICVLVS III.

De Attritione.

In quo ſenſu Attritio dicatur Cōtritio imperfecta.

DIximus ſuprà ex Concil. Trident. ſeſs. 14. cap. 4. Attritionem eſſe contritionem imperfectam, quod tamen non eſt intelligendum ſenſu Ianſeniano, ſcilicet propter defectum gradus tantum, ſicuti puer dicitur vir imperfectus tantum; ſed vocatur imperfecta propter defectum eſſentiæ contritionis, in qua Charitas actu includitur; ſicut embrio dicitur vir imperfectus, quia eſſentiam humanam non habet, licèt ſit in diſpoſitione ad illam habendam; & hoc quia vtraque dicit actum habens diverſum motivum, & obiectum diverſum. D. Tho. in ſupplem. ad 3. p. q. 1. art. 3.

Alias differentias inter contritionem, & attritionem vide in opere, pag. 191.

AR-

ARTICVLVS IV.

De attritione comparatiuè ad Sacramentum Pœnitentiæ.

Quænam attritio ſufficiat relutè ad pœnitentiæ Sacramentum.

SVfficit attritio ex metu gehennæ, aut conſideratione turpitudinis peccati, vel ex alio motiuo ſupernaturali concepta ad hoc vt homo in Sacramento Confeſſionis remiſſionem peccatorum conſequatur. D. Tho. in 4. d. 6. q. 1. art. 3. ad 5.

Videatur longa diſputatio de hoc in opere. pag. 191. 192. 193. 194.

ARTICVLVS V.

Vtrum ſit probabile ſufficere attritionem modò honeſtam ad obtinendam gratiam in Sacramento Pœnitentiæ.

Attritio quæ non ſit ſupernaturalis non eſt ſufficiẽs ad gratiam huius Sacramenti.

Reſp. NOn: ex prop. dam. ab Innoc. XI. num. 57. & hoc quia ex Concilio debet eſſe donum ſupernaturale.

Videatur opus. pag. 195. 196. 197

QVÆ-

QVÆSTIO V.

De Confeſſione Sacramentali.

Correſpondet q. 6. D. Tho. in ſupplem. ad 3. par.

ARTICVLVS I.

Quid ſit Confeſſio Sacramentalis.

DEfinitur, legitima accuſatio Pœnitentis de peccatis propriis facta Sacerdoti, ad eorum abſolutionem virtute clavium obtinendam. D. Tho. in 4. ſent. d. 17. q. 3. art. 2. quæſtiunc. 1. in corp. pag. 197. *Definitio Confeſſionis Sacramentalis.*

ARTICVLVS II.

A quo ſit inſtituta Confeſsio.

A Chriſto eſt inſtituta

Reſp. A Chriſto Domino etiam loquendo de Confeſſione Sacramentali, propriorum peccatorum in particulari: & hoc ex illo Chriſti Io: 20. quorum remiſeritis peccata remittuntur eis.

Eſt de fide definita in Concil. Conſtant. ſeſs. 8. In Concil. Florent. in decreto fidei: & in Trident. ſeſs. 14. can.6. & 7. pag. 198.

D. Tho. in 4. diſt. 17 q. 3. a. 1. quæſtiunc. 1. ad 2.

ARTICVLVS III.

De Precepto Confeſsionis.

Eius duplex præceptum, diuinum, et Eccleſiaſticum.

Datur præceptum tum diuinum ex illo Chriſti Io. 20. *Quorum remiſeritis peccata &c.* tum Eccleſiaſticum in Concil. Generali Lateranenſi ſub Innoc. III. obligans Chriſtianum habentem peccata mortalia poſt Baptiſmum commiſſa, aut in ipſa ſuſce-

ſceptione Baptiſmi poſt ablutionem, vel etiam ipſum peccatum fictionis antè, vel in ablutione, ad ea confitenda Sacramentaliter: vt patet ex c. omnis vtriuſque ſexus &c.

D. Tho. 4. ſent. diſt. 17. q. 3. art. 1. quæſtiunc. 3. in corp. p. 199.

Eccleſia tamen non cogit per cenſuram poſitam in cap. ſupradicto omnis vtriuſque ſexus &c. ad ſacramentalem Confeſſionem, niſi poſt annos duodecim ætatis; de quo videatur D. Th. quodlib. 1. art. 11. in corp.

In qua ætate Eccleſia cogat per cẽſuram ad confeſſionẽ, & qua vrgente præcepto.

Nec obligat ſtatim confiteri ex vi præcepti, ſed ſolum quandò vrget præceptum annuæ Confeſſionis, aut communionis, aut articulus mortis, de quo videatur opus. pag. 200. 201.

Niſi tamen ſit Sacerdos, qui debeat celebrare, aut celebrauerit ex neceſſitate cum peccato mortali, iuxtà prop. Damnatam ab Alexand. VII. num. 38.

De Conſilio tamen debet quis ſtatim ac commodè poteſt ſua peccata confiteri.

Plures caſus, in quibus quis excuſatur à præcepto annuæ Confeſſionis. Videas in opere n. 6. pag. 200.

AR-

ARTICVLVS IV.

De conditionibus bonæ Confeſſionis.

Cōditiones bonæ Confeſſionis quę ſint.

SExdecim ſunt conditiones bonæ Confeſſionis, quæ his carminibus exponuntur:

Sit ſimplex, humilis Confeſſio, pura, fidelis,
Atque frequens, nuda, diſcreta, libens, verecunda,
Integra, ſecreta, lacrimabilis, ac celerata,
Fortis, & accuſans, & ſit parere parata.

D. Tho. 4. ſent. diſt. 17. quæſt. 3. art. 4. quæſtiunc. 3.

Horum explicationem videas in op. pag. 202. vſque ad 206.

QVÆ.

Digitized by Google

QVÆSTIO VI.

De Integritate Confeſsionis.

Correſpondet art. 2. q. 9. D. Tho. in ſupplem. ad 3. p.

ARTICVLVS I.

An ad integritatem Confeſſionis requiratur, quòd explicentur omnia peccata.

Reſp. SIc, loquendo de peccatis mortalibus, & hoc ex vi inſtitutionis diuinæ. Definitur in Conc. Florent. in decreto fidei; & in Trident. ſeſs. 14. can. 7. D. Tho. in 4. diſt. 17. quæſt. 3. art. 4.

Explicanda ſunt, per quàm fieri poteſt omnia mortalia ad integritatem confeſſionis.

Intellige tamen quantum fieri poteſt; vndè debet neceſſariò præmitti debitum examen Conſcientiæ, & qui hoc non faceret, peccaret. pag. 206.

Concil. Trid. ſeſs. 14. cap. 5.

ARTICVLVS II.

An, & quomodò numerus peccatorum ſit explicandus in Confeſsione.

In confeſſione ſi deſit numerus peccatorum determinatus, ſatis eſt magis veriſimilis.

EXplicandus eſt numerus peccatorum in Confeſſione ex definitione Concil. Florent. in decreto fidei, & Trident. ſeſs.14. can.7.

Ità tamen, quòd quandò non occurrit numerus determinatus explicandus eſt numerus magis veriſimilis, addendò particulam plùs, aut minùs. pag.207.

Caſus I.

Caſus De eo, qui poſt confeſſa peccata in numero magis veriſimili, recordatur numeri præciſi eorũdem, quod anteà non potuit per valdè diligẽs examen.

Titius vadens ad Confeſſionem poſt debitum examen cum non poſſit recordari numeri præciſi peccatorum, confitetur ea in numero magis veriſimili addendo particulam plùs, aut minùs. Poſt Confeſſionem verò numeri præciſi recordatur.

Quæritur an teneatur iterum illa peccata confiteri ſecundum numerum præciſum.

Reſp. negatiuè; dummodò tamen nume-

numerus præciſus contineatur in illis particulis plùs, vel minùs, quod tunc eſt, quandò non multum excedit numerum explicatum; ſi autem multum excederet, tunc deberet iterum in Confeſſione exprimi; & eo maximè ſi pœnitens in hoc angatur ſcrupulo, & non ſit quietus in conſcientia.

I I.

Petrus longo tempore perſeuerauit in aliquo peccato; vndè facta debita diligentia non poteſt recordari numeri peccatorum.

Caſus De eo, qui verſatus lõgo tempore in aliquo peccato, ex magna quãtumvis diligentia nequit recordari numeri peccatorum.

Quæritur, quomodò debeat Confiteri.

Reſp. explicando tempus, quo perſeuerauit in illo peccato ſemper ad omnem occaſionem paratus, dicendo tamen qualitatem peccati frequentati, & explicando ſi aliquod extraordinarium varians ſpeciem comiſerit.

Sed quid, ſi poſt Confeſſionem hoc modo factam recordetur aliquorum peccatorum in particulari; tenebitur ne iterum confiteri?

Caſus De eo, qui ex poſt recordatur talis numeri.

Reſp. non; niſi tamen contineant aliquam extraordinariam rationem peccati variantem ſpeciem.

ARTICVLVS III.

An, & quæ Circumſtantiæ ſint explicandæ in Confeſſione.

Circumſtātiæ variantes ſpeciem neceſſariò ſunt in confeſſione exprimēdæ, ſecùs ſolū aggravantes intrà eamdē ſpeciem.

Reſp. OMnes Circumſtantias variantes ſpeciem debere neceſſariò exprimi in Confeſſione, ex definitione Concil. Trid. ſeſs. 14. cap. 3. & can. 7. D. Tho. 4. ſent. diſt. 16. q. 3. a. 2. quæſtiuncul. 5.

Illæ verò, quæ non variant ſpeciem, ſed ſolum ſunt aggrauantes intrà eandem ſpeciem non ſunt neceſſariò explicandæ; licèt ſit expediens eas explicare.

D. Tho. 4. ſent. diſt. 16. q. 3. art. 2. quæſtiunc. 5. pag. 208.

AR-

ARTICVLVS IV.

Num pœnitens teneatur Confeſſario interroganti fateri alicuius peccati conſuetudinem.

Reſp. SIc: ex prop. dam. ab Innoc. XI. num. 58.

De quo videatur opus. p. 209. 210.

Conſuetudo peccati interroganti Confeſſario reuelanda.

ARTICVLVS V.

An vt peccatum integrè manifeſtetur debeat explicari complex.

Reſp. NOn; ſi ſequatur illi læſio bonę opinionis apud Confeſſarium.

De hoc plura videas in opere. p. 211.

Quid ſi peccatum, integrè nō poteſt manifeſtari, niſi complex reveletur.

Digitized by Google

ARTICVLVS VI.

An aliquandò ſit licita Confeſſio non integra.

In quo caſu non integra confeſſio ſit licita.

Reſp. SOlum eſſe licitam, quandò imminet periculum mortis, & quandò ex manifeſtatione alicuius peccati ſequeretur graue malum ſiuè ſpirituale, ſiuè temporale. D.Tho. 4. ſent. diſt. 17. quæſt. 3. art. 3. quæſtiunc. 4. ad 5.

Peccata ſic omiſſa exprimenda ſunt in ſequenti confeſſione.

Talia tamen peccata omiſſa, ſeu oblita ob inſtans periculum vitæ, aut ob aliam cauſam neceſſariò debent in ſequenti confeſſione exprimi: ex prop. dam. ab Alex. VII. num. 11. p. 212.

Caſus I.

Caſus De eo, qui ſi confiteretur mortale, ſibi exinde graue damnũ ſequeretur.

Cneius habet vnicum peccatum mortale cum venialibus non poteſt ipſum explicare in Confeſſione, quia ex hoc ſequeretur illi grave damnum, & alias vrget præceptum Confeſſionis.

Quæritur an teneatur confiteri venialia tacendo mortale.

Reſp. affirmatiuè; quià alio modo non poteſt implere Præceptum.

II.

Digitized by Google

II.

Curtius, vt integram faceret Confeſſionem, deberet eam differre in longum Tempus, propter defectum Confeſſarij, apud quem graue damnum conſequeretur, ſi omnia eius peccata illi exponeret; Quæritur an poſſit propter hoc aliquod peccatum tacere, animo exprimendi ſtatim ac copiam Confeſſarii idonei habuerit.

Caſus De eo, qui ex graui motiuo tacet in confeſſione aliquod peccatũ animo tamen illud exprimendi in alia.

Reſp. affirmatiuè, quia hoc præceptum de integritate Confeſſionis non obligat cum tanto incommodo, quale eſt privari Sacramento Pœnitentiæ per longum tempus.

III.

Sempronius Sacerdos tempore peſtis, vel grauis morbi timet prudenter infectionem, ſi nimium accedat, & diù commoretur cum infirmis.

Caſus De Confeſſario, qui audito uno, vel altero peccato pœnitẽtem abſoluit prudenter.

Quæritur an poſſit audito vno, vel altero peccato ipſos abſoluere.

Reſp. affirmatiuè; quia ſi graue damnum pœnitentis hoc illi indulget, etiam graue periculum Confeſſarii hoc debet præſtare.

Sed quid ſi infirmus hoc periculum euadat, & ſanus fiat, tenebitur ne iterum Confiteri peccata, quæ ſinè ſua cul-

De infirmo, qui fecit confeſſionem non integram, niſi

timens ſibi graue damnū, ſi nimium cum eodem commoretur.

culpa in tali Confeſſione fuerunt omiſſa?

Reſp. affirmatiuè, propter prop. damn. ab Alex. VII. num. 11. quæ non diſtinguit, an periculum ſit erga pœnitentem, vel Confeſſarium.

IV.

Caſus De Germano v g qui in Paſchate confitetur nutibus apud Confeſſarium, Lombardū, cùm alium non habeat.

Publius Germanus peregrinans ad Domum Lauretanam tempore Paſchatis eſt in Lombardia, vbi ſuum idioma Confeſſarij non intelligunt. Vellet Eccleſiæ præceptum adimplere, vndè accedit ad Confeſſarium, & nutibus, ac lingua omni meliori modo ſe explicat.

Quæritur an hoc ſufficiat, & an Confeſſarius poſſit ſic eum abſoluere?

Reſp. affirmatiuè; quia facit quod in ſe eſt &c.

AR-

ARTICVLVS VII.

An magnus concurſus pœnitentium ſit cauſa ſufficiens abſoluendi dimidiatè tantum Confeſſos.

Reſp. NOn: ex prop. dam. ab Innoc. XI. num.59.
De qua plura videas in opere. p.213.

Abundans concurſus Pœnitētium non permittit dimidiatè tantùm confeſſos abſoluere.

ARTICVLVS VIII.

Vtrum pœnitenti conſuetudinario ſit neganda abſolutio.

Reſp. SIc, ſi non habeat propoſitum efficax relinquendi peccatum, nec velit abſtinere à medijs ducentibus ad peccatum; nec habet intentionem efficacem ponendi media ad vitandum peccatum neceſſaria. Ex prop. dam. ab Innoc. XI. num.60.

In quo caſu præſertim pęnitens cõſuetudinarius dimittendus ſit ſine abſolutione.

Tunc enim licèt ore proferat ſe dolere, & emendationem videtur proponere, tamen adhuc nulla ſpes emendationis apparet.

Videatur opus. pag.214.

AR-

ARTICVLVS IX.

Vtrum aliquandò abſolui poſſit, qui in proxima occaſione peccandi verſatur.

Non relinquens occaſionem proximam peccandi ſecũdum ſe abſolui nõ debet.

Reſp. NOn: niſi priùs occaſionem relinquat; ex prop. dam. ab Innoc. XI. num.61.

De quo tamen multos caſus & quomodò ſe gerere debeat Confeſſarius cum filiis familias, ac cæteris, vide in opere. pag. 216.

AR-

ARTICVLVS Vltimus.

An detur aliqua cauſa rei-terandæ Con-feſſionis.

QVinque cauſæ iterandæ Confeſſionis communiter aſſignantur, & ſunt, defectus confeſſionis, defectus contritionis, defectus ſatisfactionis, defectus Confeſſarii, & defectus pœnitentis.

Cauſæ propter quas Cōfeſſio eſt reiteranda.

De quibus longam explicationem videas in opere. pag. 217. 218. &c.

QVÆSTIO VII.

De ſecreto in Confeſſione ſeruando.

Correſpondet quæſt. 11. D. Tho. in ſupplem. ad 3. p.

ARTICVLVS I.

An ſit de ratione Confeſſionis, quod ſit ſecreta.

De ratione Cõfeſſionis eſt, quòd ſit ſecreta.

Reſp. SIc; ità tamen, quòd ſecretum non ſit de eſſentia Sacramenti; ſed ſolum pertineat ad ritum. Conc. Trid. ſeſs. 14. c. 5. pag. 220.

ARTICVLVS II.

An adſit obligatio confitendi per interpretem.

Nulla eſt obligatio confitendi per interpretem.

Reſp. NOn; licèt poſſit fieri hoc pacto pag. 221.

AR-

ARTICVLVS III.

An liceat abſenti per litteram, vel nuntium confiteri.

Reſp. NOn; ex decreto Clem. VIII. die 20. Iunii 1602. immò Confeſſio ſic facta eſt nulla. D. Tho. 4. ſent. diſt. 17. q. 3. art. 4. quæſtiunc. 3. *Confeſſio per litteras, vel nũcium nulla eſt.*

Per quod tamen non prohibetur, quòd Confeſſarius non abſoluat moribundum, qui in abſentia Sacerdotis dedit ſigna doloris in ordine ad Confeſſionem, dummodò ſit teſtis fidelis talis ſigni dati.

Caſus, in quibus Confeſſio eſt inualida tam reſpectu Sacerdotis, quàm reſpectu pœnitentis videas in opere. pag. 222.

AR-

ARTICVLVS IV.

De ſigillo Confeſſionis, ad quod Confeſſarius tenetur.

Præceptum triplex obligans Confeſſariū ad ſigillum.

TRiplici præcepto tenetur Confeſſarius ad ſeruandum ſigillum Confeſſionis; Naturali, diuino, & humano; undè meritò Eccleſia ſtrictiſſimè hoc ſeruari præcipit, & eius violatores grauiſſimis pœnis punit: ex can. Sacerdos de pœnit. diſt. 1.

Caſus particulares de hoc videas in opere. pag. 223.

QVÆSTIO VIII.

De abſolutione Sacramentali.

Correſpondet art. 3. *q.* 84. D.*Tho. in* 3. *par.*

ARTICVLVS I.

Quænam verba ſint de eſſentia abſolutionis Sacramentalis.

Reſp. HÆc ſola verba: abſoluo te. D.Tho. 3. p. q. 84. art. 3. Cæterum videas in opere. p. 224. *Abſolutio in quibus verbis conſiſtat.*

AR.

Digitized by Google

ARTICVLVS II.

An forma abſolutionis deprecatoriè prolata ſit valida.

Abſolutio per modum deprecationis non eſt valida.

Reſp. NOn: quia fit per modum actus iudicialis, qui ſemper debet eſſe imperativus. D. Tho. 3. p. q.84. art.3. ad 1. p.225.

ARTICVLVS III.

De virtute horum verborum: Ego abſoluo te.

Reſp. ESſe verè abſoluere, & non tantum abſolutum declarare. Concil. Trident. ſeſs.14. can.6. pag.226.

Digitized by Google

ARTICVLVS IV.

An ad abſolutionem Sacramentalem requiratur præſentia pœnitentis.

Reſp. SIc: ita quòd non poteſt dari ſcripto, nec abſenti: ex can. quem pœnitet, de pœnit. diſt. 1. Vide plura de hoc in opere. p.227.228.

Ad validã abſolutionẽ requiritur præſentia pœnitentis.

QVÆ-

Digitized by Google

ARTICVLVS II.

An Confeſſio ſit facienda proprio Sacerdoti.

Reſp. SIc. D. Tho. 4. ſent. diſt. 17. q. 3. art. 3. quæſtiuncul. 4. in corp. ex c. omnis vtriuſque ſexus &c.

Facienda eſt Confeſſio proprio Sacerdoti.

Nomine autem proprij Sacerdotis non ſolum venit ordinarius, ſed etiam delegatus, & ex commiſſione abſoluens, de quo plura videas in opere.

Quid veniat nomine proprii Sacerdotis.

Et hoc non ſolum, quia ad abſolutionem requiritur iuriſdictio, ſed etiam quia hoc modo melius pœnitentium conſcientiæ prouidetur: Multa enim ſunt, quæ ex locorum conſuetudine non ſunt peccata, & alia, quæ euadunt mala, quæ cum exteris Sacerdotibus non innoteſcant, non poſſet Confeſſarius, qui nonſolum eſt iudex, ſed etiam medicus animarum, hæc aduertere, & conueniens remedium pœnitentibus præbere. De quo ſit

Caſus.

Titius exiſtit in publico officio, vbi ſtipendia mercenarijs, & officialibus dantur. Accedit Sempronius cum mandato, vt v.g. centum aureos recipiat; at quia

Caſus De Theſaurario, vel alio publico miniſtro.

Digitized by Google

qui recipiẽs pro ſe creditũm alicuius, tantum vnam partẽ creditori dat, reliquã ſibi retinendo; num debeat abſolvi.

at quia Ærarium eſt exauſtum, nec ſtatim ſolui poſſunt, Titius accipit à Sempronio mandatum, tradens illi quinquaginta, reliquos ſibi ſumit poſt longum tempus, quandò ſcilicet publicum Ærarium eſt abundans.

Quæritur an hoc licitè fiat à Titio, & an accedens ad Confeſſarium debeat abſolui abſque reſtitutione.

Reſp. Hoc eſſe omninò illicitum, & malum, cum nulla poſſit aſſignari ratio cohoneſtans illud: non enim poteſt hoc emolumentum recipere ob expectationem temporis, quæ vendibilis non eſt ex ſupradictis: non ex neceſſitate Sempronii, quia hoc eſt motivum pium, quod non debet dare anſam vſuræ: non denique ex incertitudine, quia Titius eſt certus, quod aliquandò recipiet, licèt non tam citò. Poteſt tamen permitti, quòd Titius aliquid recipiat, vel ſpontè oblatum à Sempronio, vel ratione incommodi, puta quinque, vel ſex prò centenario, ad arbitrium boni viri.

Vndè cum hoc iniuſtè acceperit Titius non debet à Confeſſario abſolui, niſi reſtituat ſecundum ſupradicta.

Alios plures caſus poſſent ad inſtructionem Confeſſariorum efformari ſecundum plures abuſus in diuerſis regionibus occurrentes, de quibus ad peritiam, & vſum vos remitto.

Videte ergò quantum proſit pœnitentibus, vt propriis Confeſſariis peccata ſua exponant.

AR-

Digitized by Google

ARTICVLVS III.

Quid facere debeat pęnitens, quandò timet ſibi, vel Sacerdoti periculum ex Confeſſione.

Reſp. QVòd debet adire ſuperiorem, vt ei confiteatur, vel ab eodem licentiam petat alteri confitendi.

De hoc caſus particulares vide in opere. pag 231.

ARTICVLVS IV.

An poſsit dari caſus, in quo quis poſſit alteri confiteri abſque licentia proprii Sacerdotis.

Caſus, in quibus poteſt quis cõfiteri alteri ſine licentia proprii Sacerdotis.

QVinque ſunt caſus poſiti à D. Tho. 4. ſent. diſt. 17. q. 3. art. 2.

Primus de vagabundis, viatoribus, & Scolaribus, qui abſolui poſſunt à Sacerdote iuriſdictionem habente, vbi reperiuntur.

2. de

2. de illo, qui mutauit domicilium, qui abſoluetur à Sacerdote illius loci, vbi domicilium acquiſiuit, ſecundum limitationem poſitam in opere. p.272.

3. de eo, qui oſtendit in aliena Parochia; qui de eo abſolui poterit à proprio Sacerdote, ſi delictum ſit occultum; ſi autem ſit publicum, & habeat annexam excommunicationem, tunc ad excommunicatorem mitti debet.

4. Propter malitiam Confeſſarii, putà ſi reuelat Confeſſionem &c. & tunc pœnitens debet recurrere ad ſuperiorem, vt diximus.

5. eſt in articulo neceſſitatis, putà articulus mortis &c. in quo caſu à quolibet Sacerdote poteſt abſolui.

Sed de his plura videas in opere. pag.232.

Digitized by Google

ARTICVLVS V.

An Religioſi poſſint ſæcularium Confeſſionem audire.

Reſp. SIc: ex plurium Pontificum priuilegiis, de quibus videatur D. Tho. in opuſc. 19. contrà Impugnantes Religionem &c.

Poſſunt religioſi audire confeſſiones ſæcularium.

Videatur opus; vbi etiam alia dubia, expenduntur. pag. 233.

QVÆSTIO X.

De ſollicitantibus in Confeſſione.

ARTICVLVS I.

De huius Criminis grauitate.

Quanta ſit grauitas delicti ſollicitantium in Cõfeſſione.

GRauitatem, & enormitatem huius delicti omnibus notam videas in opere, vbi etiam ad litteram ponuntur

tur Bullæ Pii IV. Clementis VIII. & Gregorii XV. contrà ſollicitantes. pag.235.236.

ARTICVLVS II.

An Bulla Gregorii XV. ſit fauorabilis, vel odioſa.

Reſp. O Dioſa eſſe. pag.238.

ARTICVLVS III.

In quo breuiter exponuntur caſus Bullæ Gregorianæ circà materiam ſollicitationis.

HOs caſus, cum non poſſint hic minori breuitate exponi; videas in opere; vnum aduertendo, quòd cum, vt dixi, Bulla ſit odioſa, ſemper debet ſtrictè interpretari, ità tamen, quod non detur prauis Sacerdotibus anſa ſollicitandi. pag.239

AR-

Digitized by Google

ARTICVLVS IV.

An mandans Confeſſario, vt in Confeſſione ſollicitet, comprehendatur in Conſtitutione Gregoriana.

Etiam mādantes Confeſſariis ſollicitare in confeſſione continentur in conſtitutione Gregoriana.

Reſp. SIc: vndè non ſolum talis Sacerdos, licèt pro ſe non loquatur, ſed etiam mandans eum ſollicitare eſt de foro inquiſitionis, & ſubditus inquiſitori vigore Bullarum. Quod etiam dicendum eſt de omnibus aliis auxiliantibus Confeſſarium in ordine ad ſollicitationem; putà de interprete &c.

De fœminis autem Confeſſarium ſollicitantibus dubium eſt quid dicendum; & praxis eas non ſubdit S. Officio.

Videatur opus, p. 242.

ARTICVLVS V.

An ſollicitans fœminas ad alia peccata præter luxurioſa incurrat pœnas noſtræ Conſtitutionis.

Sollicitans ad alia, quã luxurioſa, non ſit ſubditus Inquiſitioni.

Reſp. NOn: vndè per hoc nec efficitur ſubditus Inquiſitioni.

Videatur opus. pag. 243.

ARTICVLVS VI.

In quo breuiter expenduntur alia dubia hanc materiam concernentia.

Cætera dubia ad hanc materiam, conſtant in Opere Magno.

DVbia hanc materiã concernentia habebant vim antè Bullam Gregorianam; ex poſt omnia ſunt ablata, quæ tamen ad ubertatem materiæ videantur in opere.

Addendo prop. dam. ab Alexand. VII. num. 6. de Sacerdote dante cartam ſcriptam pœnitenti &c & num. 7. de modo

Digitized by Google

modo prætenſo euadendi obligationem denuntiandi. pag. 244.

QVÆSTIO XI.

De ſatisfactione Sacramentali.

Correſpondet, & continet quæſt. 12. 13. 14. & 15. D. Tho. in ſupplem. 3. p.

ARTICVLVS I.

De quidditate ſatisfactionis.

DEfinitur, actio, per quam in Sacramento Pœnitentiæ retribuimus Deo compenſationem aliquam pro peccato iuxtà ſententiam Sacerdotis. Concil. Trid. ſeſs. 14. cap. 8. *Definitio ſatisfactionis.*

Plura videas in opere. p. 245.

ARTICVLVS II.

An Confeſſarius teneatur imponere pœnitenti ſatisfactionem.

Regulariter tenetur Confeſſarius imponere pœnitenti ſatisfactiones.

Reſp. SIc; regulariter loquendo. Plura videas in op. p. 246.

ARTICVLVS III.

An pœnitens teneatur acceptare ſatisfactionem iniunctam.

Pœnitens tenetur acceptare ſatisfactionẽ rationabilẽ.

Reſp. SIc, dummodò ſit rationabilis. D. Tho. 4. ſent. diſt. 18. q. 1. art. 3. quæſtiunc. 3.

De hoc vide prop. dam. ab Alex. VII. n. 15. & plura alia in opere. p. 247.

AR-

Digitized by Google

ARTICVLVS IV.

An pœnitentia iniuncta poſſit ab alio mutari.

Reſp. SIc; tam ab eodem, quàm ab alio Confeſſario, etiamſi pœnitentia eſſet pro reſeruatis; cum hoc tamen, quod repetatur confeſſio illorum peccatorum pro quibus fuit impoſita ſaltem in confuſo. pag. 248.

Sub quo onere pœnitentis poſſit eidem mutari pœnitentia iniuncta?

ARTICVLVS Vltimus.

De diſpoſitione requiſita in pœnitente pro tempore, quo vult pœnitentiam adimplere.

CVm ſatisfactio Sacramentalis remittat pœnam debitam peccatis, ex opere operato, poteſt adimpleri etiam in ſtatu peccati, & tunc etiam ſuum conſequitur effectum.

Satisfactio poteſt etiã adimpleri in ſtatu peccati.

Videatur opus, pag. 249.

ARTICVLVS II.

An Confeſſarius teneatur imponere pœnitenti ſatisfactionem.

Regulariter tenetur Confeſſarius imponere pœnitenti ſatisfactiones.

Reſp. SIc; regulariter loquendo. Plura videas in op. p. 246.

ARTICVLVS III.

An pœnitens teneatur acceptare ſatisfactionem iniunctam.

Pœnitens tenetur acceptare ſatisfactionē rationabilē.

Reſp. SIc, dummodò ſit rationabilis. D. Tho. 4. ſent. diſt. 18. q. 1. art. 3. quæſtiunc. 3.

De hoc vide prop. dam. ab Alex. VII. n. 15. & plura alia in opere. p. 247.

ARTICVLVS IV.

An pœnitentia iniuncta poſſit ab alio mutari.

Reſp. SIc; tam ab eodem, quàm ab alio Confeſſario, etiamſi pœnitentia eſſet pro reſeruatis; cum hoc tamen, quod repetatur confeſſio illorum peccatorum pro quibus fuit impoſita ſaltem in confuſo. pag. 248.

Sub quo onere pœnitentis poſſit eidem mutari pœnitentia iniuncta?

ARTICVLVS Vltimus.

De diſpoſitione requiſita in pœnitente pro tempore, quo vult pœnitentiam adimplere.

CVm ſatisfactio Sacramentalis remittat pœnam debitam peccatis, ex opere operato, poteſt adimpleri etiam in ſtatu peccati, & tunc etiam ſuum conſequitur effectum.

Satisfactio poteſt etiã adimpleri in ſtatu peccati.

Videatur opus, pag. 249.

ARTICVLVS II.

An Confeſſarius teneatur imponere pęnitenti ſatisfactionem.

Regulariter tenetur Confeſſarius imponere pœnitenti ſatisfactiones.

Reſp. SIc; regulariter loquendo. Plura videas in op. p. 246.

ARTICVLVS III.

An pęnitens teneatur acceptare ſatisfactionem iniunctam.

Pœnitens tenetur acceptare ſatisfactionē rationabilē.

Reſp. SIc, dummodò ſit rationabilis. D. Tho. 4. ſent. diſt. 18. q. 1. art. 3. quæſtiunc. 3.

De hoc vide prop. dam. ab Alex. VII. n. 15. & plura alia in opere. p. 247.

AR-

Digitized by Google

ARTICVLVS IV.

An pœnitentia iniuncta poſ- ſit ab alio mutari.

Reſp. SIc; tam ab eodem, quàm ab alio Confeſſario, etiamſi pœnitentia eſſet pro reſeruatis; cum hoc tamen, quod repetatur confeſſio illorum peccatorum pro quibus fuit impoſita ſaltem in confuſo. pag.248.

Sub quo onere pœnitentis poſſit eidem mutari pœnitentia iniuncta?

ARTICVLVS Vltimus.

De diſpoſitione requiſita in pœnitente pro tempore, quo vult pœnitentiam adimplere.

CVm ſatisfactio Sacramentalis remittat pœnam debitam peccatis, ex opere operato, poteſt adimpleri etiam in ſtatu peccati, & tunc etiam ſuum conſequitur effectum.

Satisfactio poteſt etiã adimpleri in ſtatu peccati.

Videatur opus, pag.249.

Digitized by Google

QVÆSTIO IX.

De Miniſtro huius Sacramenti, nec non eius iuriſdictione.

Correſpondet q 8. D. Tho. in ſupplem. ad 3. p.

ARTICVLVS I.

Quinam ſit legitimus Miniſter huius Sacramenti.

Sacerdos habens poteſtatem iuriſdictionis, eſt legitimus miniſter huius Sacramẽti.

Reſp. NOn ſolum eſſe Sacerdotem; ſed eum, qui poteſtatem habet iuriſdictionis in pœnitentem; & hoc, vt non ſolum licitè, ſed etiam vt validè confeſſio fiat. Concil. Trid. ſeſs. 14. can. 10. & cap. 7.

Plura de hoc videas in opere. p. 228.

Digitized by Google

ARTICVLVS II.

An Confeſſio ſit facienda proprio Sacerdoti.

Reſp. SIc. D. Tho. 4. ſent. diſt. 17. q. 3. art. 3. quæſtiuncul. 4. in corp. ex c. omnis vtriuſque ſexus &c.

Facienda eſt Confeſſio proprio Sacerdoti.

Nomine autem proprij Sacerdotis non ſolum venit ordinarius, ſed etiam delegatus, & ex commiſſione abſolvens, de quo plura videas in opere.

Quid veniat nomine proprii Sacerdotis.

Et hoc non ſolum, quia ad abſolutionem requiritur iuriſdictio, ſed etiam quia hoc modo meliùs pœnitentium conſcientiæ providetur: Multa enim ſunt, quæ ex locorum conſuetudine non ſunt peccata, & alia, quæ euadunt mala, quæ cum exteris Sacerdotibus non innoteſcant, non poſſet Confeſſarius, qui non ſolum eſt iudex, ſed eciam medicus animarum, hæc advertere, & conueniens remedium pœnitentibus præbere. De quo ſit

Caſus.

Titius exiſtit in publico officio, vbi ſtipendia mercenarijs, & officialibus dantur. Accedit Sempronius cum mandato, vt v.g. centum aureos recipiat; at quia

Caſus De Theſaurario, vel alio publico miniſtro,

Digitized by Google

qui recipiẽs pro ſe creditũm alicuius, tantum vnam partẽ creditori dat, reliquã ſibi retinendo; num debeat abſolvi.

at quia Ærarium eſt exauſtum, nec ſtatim ſolui poſſunt, Titius accipit à Sempronio mandatum, tradens illi quinquaginta, reliquos ſibi ſumit poſt longum tempus, quandò ſcilicet publicum Ærarium eſt abundans.

Quæritur an hoc licitè fiat à Titio, & an accedens ad Confeſſarium debeat abſolui abſque reſtitutione.

Reſp. Hoc eſſe omninò illicitum, & malum, cum nulla poſſit aſſignari ratio cohoneſtans illud: non enim poteſt hoc emolumentum recipere ob expectationem temporis, quæ vendibilis non eſt ex ſupradictis: non ex neceſſitate Sempronii, quia hoc eſt motivum pium, quod non debet dare anſam vſuræ: non denique ex incertitudine, quia Titius eſt certus, quod aliquandò recipiet, licèt non tam citò. Poteſt tamen permitti, quòd Titius aliquid recipiat, vel ſpontè oblatum à Sempronio, vel ratione incommodi, puta quinque, vel ſex prò centenario, ad arbitrium boni viri.

Vndè cum hoc iniuſtè acceperit Titius non debet à Confeſſario abſolui, niſi reſtituat ſecundum ſupradicta.

Alios plures caſus poſſent ad inſtructionem Confeſſariorum efformari ſecundum plures abuſus in diuerſis regionibus occurrentes, de quibus ad peritiam, & vſum vos remitto.

Videte ergò quantum proſit pœnitentibus, vt propriis Confeſſariis peccata ſua exponant.

AR-

ARTICVLVS III.

Quid facere debeat pœnitens, quandò timet ſibi, vel Sacerdoti periculum ex Confeſſione.

Reſp. QVòd debet adire ſuperiorem, vt ei confiteatur, vel ab eodem licentiam petat alteri confitendi.

De hoc caſus particulares vide in opere. pag 231.

ARTICVLVS IV.

An poſsit dari caſus, in quo quis poſſit alteri confiteri abſque licentia proprii Sacerdotis.

QVinque ſunt caſus poſiti à D. Tho. 4. ſent. diſt. 17. q. 3. art. 2. *Caſus, in quibus poteſt quis cõfiteri alteri ſine licentia proprii Sacerdotis.*

Primus de vagabundis, viatoribus, & Scolaribus, qui abſolui poſſunt à Sacerdote iuriſdictionem habente, vbi reperiuntur.

2. de

2. de illo, qui mutauit domicilium, qui abſoluetur à Sacerdote illius loci, vbi domicilium acquiſiuit, ſecundum limitationem poſitam in opere. p.272.

3. de eo, qui oſtendit in aliena Parochia; qui de eo abſolui poterit à proprio Sacerdote, ſi delictum ſit occultum; ſi autem ſit publicum, & habeat annexam excommunicationem, tunc ad excommunicatorem mitti debet.

4. Propter malitiam Confeſſarii, putà ſi reuelat Confeſſionem &c. & tunc pœnitens debet recurrere ad ſuperiorem, vt diximus.

5. eſt in articulo neceſſitatis, putà articulus mortis &c. in quo caſu à quolibet Sacerdote poteſt abſolui.

Sed de his plura videas in opere. pag.232.

AR-

Digitized by Google

ARTICVLVS V.

An Religioſi poſſint ſæcularium Confeſſionem audire.

Reſp. SIc: ex plurium Pontificum priuilegiis, de quibus videatur D. Tho. in opuſc. 19. contrà Impugnantes Religionem &c. *Poſſunt religioſi audire confeſſiones ſæcularium.*

Videatur opus; vbi etiam alia dubia, expenduntur. pag. 233.

QVÆSTIO X.

De ſollicitantibus in Confeſſione.

ARTICVLVS I.

De huius Criminis grauitate.

GRauitatem, & enormitatem huius delicti omnibus notam videas in opere, vbi etiam ad litteram ponun- *Quanta ſit grauitas delicti ſollicitantium in Cõfeſſione.*

tur

tur Bullæ Pii IV. Clementis VIII. & Gregorii. XV. contrà ſollicitantes. pag.235.236.

ARTICVLVS II.

An Bulla Gregorii XV. ſit fauorabilis, vel odioſa.

Reſp. O Dioſa eſſe. pag.238.

ARTICVLVS III.

In quo breuiter exponuntur caſus Bullæ Gregorianæ circà materiam ſollicitationis.

HOs caſus, cum non poſſint hic minori breuitate exponi; videas in opere; vnum aduertendo, quòd cum, vt dixi, Bulla ſit odioſa, ſemper debet ſtrictè interpretari, ità tamen, quod non detur prauis Sacerdotibus anſa ſollicitandi. pag.239

AR-

Digitized by Google

ARTICVLVS IV.

An mandans Confeſſario, vt in Confeſſione ſollicitet, comprehendatur in Conſtitutione Gregoriana.

Reſp. SIc: vndè non ſolum talis Sacerdos, licet pro ſe non loquatur, ſed etiam mandans eum ſollicitare eſt de foro inquiſitionis, & ſubditus inquiſitori vigore Bullarum. Quod etiam dicendum eſt de omnibus aliis auxiliantibus Confeſſarium in ordine ad ſollicitationem; putà de interprete &c.

Etiam mãdantes Confeſſariis ſollicitare in confeſſione continentur in conſtitutione Gregoriana.

De fœminis autem Confeſſarium ſollicitantibus dubium eſt quid dicendum; & praxis eas non ſubdit S. Officio.

Videatur opus, p. 242.

ARTICVLVS V.

An ſollicitans fœminas ad alia peccata præter luxurioſa incurrat pœnas noſtræ Conſtitutionis.

Sollicitans ad alia, quã luxurioſa, non fit ſubditus Inquiſitioni.

Reſp. NOn: vndè per hoc nec efficitur ſubditus Inquiſitioni.

Videatur opus. pag. 243.

ARTICVLVS VI.

In quo breuiter expenduntur alia dubia hanc materiam concernentia.

Cætera dubia ad hanc materiam, conſtant in Opere Magno.

DVbia hanc materiã concernentia habebant vim antè Bullam Gregorianam; ex poſt omnia ſunt ablata, quæ tamen ad ubertatem materiæ videantur in opere.

Addendo prop. dam. ab Alexand. VII. num. 6. de Sacerdote dante cartam ſcriptam pœnitenti &c & num. 7. de

modo

modo prætenſo euadendi obligationem denuntiandi. pag. 244.

QVÆSTIO XI.

De ſatisfactione Sacramentali.

Correſpondet, & continet quaſt. 12. 13. 14. & 15. D. Tho. in ſupplem. 3. p.

ARTICVLVS I.

De quidditate ſatisfactionis.

DEfinitur, actio, per quam in Sacramento Pœnitentiæ retribuimus Deo compenſationem aliquam pro peccato iuxta ſententiam Sacerdotis. Concil. Trid. ſeſs. 14. cap. 8. *Definitio ſatisfactionis.*

Plura videas in opere. p. 245.

ARTICVLVS II.

An Confeſſarius teneatur imponere pœnitenti ſatisfactionem.

Regulariter tenetur Confeſſarius imponere pœnitenti ſatisfactiones.

Reſp. SIc; regulariter loquendo. Plura videas in op. p. 246.

ARTICVLVS III.

An pœnitens teneatur acceptare ſatisfactionem iniunctam.

Pœnitens tenetur acceptare ſatisfactionẽ rationabilẽ.

Reſp. SIc, dummodò ſit rationabilis. D. Tho. 4. ſent. diſt. 18. q. 1. art. 3. quæſtiunc. 3.

De hoc vide prop. dam. ab Alex. VII. n. 15. & plura alia in opere. p. 247.

AR-

ARTICVLVS IV.

An pœnitentia iniuncta poſſit ab alio mutari.

Reſp. SIc; tam ab eodem, quàm ab alio Confeſſario, etiamſi pœnitentia eſſet pro reſeruatis; cum hoc tamen, quod repetatur confeſſio illorum peccatorum pro quibus fuit impoſita ſaltem in confuſo. pag. 248.

Sub quo onere pœnitentis poſſit eidem mutari pœnitentia iniuncta?

ARTICVLVS Vltimus.

De diſpoſitione requiſita in pœnitente pro tempore, quo vult pœnitentiam adimplere.

CVm ſatisfactio Sacramentalis remittat pœnam debitam peccatis, ex opere operato, poteſt adimpleri etiam in ſtatu peccati, & tunc etiam ſuum conſequitur effectum.

Satisfactio poteſt etiã adimpleri in ſtatu peccati.

Videatur opus, pag. 249.

Digitized by Google

TRACTATVS VIGESIMVS QVINTVS.

De Sacramento Extremæ Vnctionis.

Continet q. 29. 30. 31. 32. 33. D. Tho. in ſupplem. ad 3. par.

QVÆSTIO Vnica.

De omnibus his, quæ Sacramentum Extremæ Vnctionis concernunt.

Correſpondet omnibus ſuprad. quæſtionibus D. Tho in ſupplem. ad 3. par.

ARTICVLVS I.

De exiſtentia, & inſtitutione huius Sacramenti.

Datur in Eccleſia Sacramentum extremæ Vnctionis.

DAri in Eccleſia patet ex illo Iacobi 5. *Infirmatur quis in vobis,* &c. fuiſſe inſtitutum à Chriſto Domino deſi-

definitur in Concil. Trid. ſeſs. 14. can. 1. D. Tho. in ſupplem. 3. par. q. 29. art. 3.

Quomodò autem

Probabiliùs eſt poſt reſurrectionem, quandò Chriſtus dedit facultatem Apoſtolis abſoluendi à peccatis Io. 20. dicens: *accipite Spiritum* &c. quia eſt conſumativum, & completivum Sacram. pœnitentiæ. *Quo tempore fuerit inſtitutum.* pag. 250.

ARTICVLVS II.

De materia huius Sacramenti.

MAteria remota eſt Oleum Olivarum ab Epiſcopo benedictum. Conc. Florent. & Trident. ſeſs. 14. cap. 1. D. Tho. in ſupplem. 3. par. q. 24. art. 4. &c. *Oleum benedictum eſt materia remota.*

Proxima eſt vnctio ex oleo ſupradicto, quæ neceſſariò debet fieri ad quinque ſenſus. D. Tho. in ſupplem. 3. par. quæſt. 32. art. 6. *Vnctio verò ad quinque ſenſus eſt proxima.*

Forma in hæc verba conſiſtit: Per iſtam ſanctam vnctionem, & ſuam piiſſimam miſericordiam indulgeat tibi Dominus quidquid deliquiſti per viſum, v. g & ſic de aliis ſenſibus. *Forma qualis ſit.*

Forma hæc eſt deprecatoria, & hoc illi eſſentialiter competit. D. Tho. in ſupplem. 3. p. q. 29. art. 8. p. 251.

Digitized by Google

ARTICVLVS III.

De ſubiecto, & Miniſtro hu-ius Sacramenti.

Quodnam ſubiectum, & quis miniſter huius Sacramẽti.

SVbiectum eſt homo, ſiue vir, ſiue mulier baptizatus, adultus, & infirmus: baptizatus, quia baptiſmus eſt ianua Sacramentorum.

Adultus; quia cum detur ad auferendas reliquias peccatorum actualium, illis ſolum eſt dandum, qui peccare poſſunt.

Infirmus: ex illo D. Iacob. Infirmatur &c. & ex vſu, & praxi Eccleſiæ.

Licet poſſit iterari, tamen non in eadem infirmitate, niſi ſit diuturna.

Eius denique Miniſter eſt ſolus Sacerdos, Paſtor quidem, ſeu Parochus ex officio, cæteri verò ex commiſſione. In caſu tamen neceſſitatis omnes Sacerdotes poſſunt illud conferre.

Videatur D. Tho. in ſupplem. ad 3. p. q. 31. 32. 33. p. 252.

AR-

ARTICVLVS IV.

De effectibus huius Sacramenti.

PRimarius effectus huius Sacramenti eſt augmentum gratiæ habitualis, habentis ius ſpeciale ad auxilia gratiæ actualis, quo infirmus confortetur, & roboretur ad operandum bonum contrà languorem partim ex peccatis præcedentibus, partim ex infirmitate relictum, & ad vincendum Demonis tentationes in vltimo illo agone occurrentes. Ex Trid. ſeſs. 14. cap. 2.

Expenduntur effectus, quos cōfert hoc Sacramentum tā per ſe, quàm per accidēs.

Per accidens tamen, vt etiam diximus de aliis Sacramentis viuorum poteſt remittere peccata mortalia; putà in Confeſſione oblita &c.

Et denique ex conſequenti etiam remittit peccata venialia.

Aliquandò etiam confert corporalem ſalutem, ſed hoc dependet ex beneplacito Dei.

Videatur D. Tho. in ſupplem. 3. par. q. 30. per totam. p. 253.

ARTICVLVS
Vltimus.

In quo multa colliguntur ex dictis circà hoc Sacramentum.

Corollaria ex dictis de extrema Vnctione.

HOc Sacramentum eſt vnum ſpecie attoma; vnitate perfectionis. D. Tho. in ſupplem. 3. p. q. 2. art. 2.

In ipſo res tantum eſt gratia, Sacramentum eſt compoſitum ex vnctione, & verbis. Res, & Sacramentum ſimul eſt ſpiritualis animi hilaritas.

Definitio extremæ Vnctionis.

Denique ſic definitur: Signum ſacrum, & efficax gratiæ in vnctione infirmorum, ſub præſcripta verborum forma ad ſanitatem mentis, & corporis à Chriſto inſtitutum. pag. 254.

Digitized by Google

TRACTATVS VIGESIMVS SEXTVS

De Sacramento Ordinis.

Correſpondet q. 34. vſque ad 40. D. Tho. in ſupplem. ad 3. p.

QVÆSTIO I.

In quo omnia, quæ ordinem concernunt breuiter explicantur.

Continet quæſt. ſupradictas D. Th. in ſuppl. ad 3. p.

ARTICVLVS I.

De Ordine in communi.

Datur in Eccleſia Ordo, qui eſt verũ Sacramentum

ORdo eſt verum Sacramentum: ex Florent. ſeſs. 23. can. 3. & deducitur ex illo Apoſtol. 2. ad Timot. 1. *Admoneo te, ut reſuſcites gratiam Dei, quæ eſt in te per impoſitionem manuum mearum.*

 Defi-

Digitized by Google

Definitio ordinis. Definitur: Sacra cæremonia, qua traditur poteſtas ſpirituale aliquod miniſterium exercendi, ſimulque gratia ſanctificans ad illud ritè, & conuenienter obeundum.

Quid res, quid Sacramentum, & quid res, & Sacramentum ſimul in ipſo. In ipſo, res tantum eſt gratia ſanctificans, quæ per illud confertur.

Sacramentum tantum eſt res externa, ſeu ſenſibilis ceremonia, quæ in ordinatione adhibetur.

Res, & Sacramentum ſimul eſt character, qui imprimitur in hoc Sacramento.

Videatur D. Tho. q.34. in ſupplem. ad 3. par. p.255.

ARTICVLVS II.

De ſingulis ordinibus in particulari.

Numerus Ordinus. SEptem ſunt ordines: Sacerdotium, Diaconatus, Subdiaconatus, Acolytatus, Oſtiariatus, Lectoratus, & Exorciſſatus.

Qua vnitate ſint Sacramentum. Omnes ſunt Sacramenta, conſlantia vnicum Sacramentum vnitate perfectionis, quatenùs omnes ordinantur ad Sacerdotium.

Vnus eſt dignior altero, quatenùs magis accedit ad Euchariſtiam, ad cuius miniſterium ordinatur.

Tres

Tres primi dicuntur maiores, & antonomaſticè appellantur ſacri, quia habent annexum continentiæ votum, quo his initiati ſpecialiùs, & firmiùs Deo conſecrantur. *Quinam maiores.*

Propter oppoſitam rationem cæteri dicuntur minores, & non ſacri. *Quinam minores.*

Prima Tonſura non eſt ordo, ſed diſpoſitio ad ordinem. *Quid Tonſura?*

Videatur D. Tho. in ſupplem. ad 3. p. q. 39. per totam, & q. 40. art. 2. p. 257.

ARTICVLVS III.

De materia, & forma eſſentiali Sacerdotii, & Diaconatus.

MAteria cuiuſcumque Ordinis eſt res, quæ in Ordinum collatione traditur, forma verò ſunt verba, quæ proferuntur ab Epiſcopo, dicendo: accipe poteſtatem &c. *Quæ ſit materia, & quæ forma cuiuſcumque Ordinis.*

Circà materiam, & formam ordinum Minorum, & Subdiaconatus nulla eſt difficultas; quam tamen permaximã faciunt DD. de materia, & forma Diaconatus, & Sacerdotij, de qua

Dico breuiter; quod pariter in his ſola inſtrumentorum traditio cum forma verborum correſpondente conſtituit totam eſſentiam Sacerdotij, & Diaconatus: ità tamen, quòd impoſitio ma-

manuum non ſit mera ceremonia omninò accidentaria ordini Sacerdotali; nam ad eius integritatem pertinet. D. Tho. 4. ſent. diſt. 24. q. 3. art. 3. ad 5.

De hoc plura vide in opere. p. 258.

ARTICVLVS IV.

De Miniſtro, & ſubiecto huius Sacramenti.

Quis ſit miniſter Ordinarius huius Sacramenti.

SOlus Epiſcopus eſt ordinarius Miniſter huius Sacramenti. Ex Conc. Florent. in litt. Eugenii. Et Trident. ſeſs. 23. can. 7.

Quis poſſit eſſe miniſter ex Papæ cõmiſſione, & quos ordines poſſet conferre.

Simplex Sacerdos ex commiſſione Papæ poteſt ordines Minores, & Subdiaconatum conferre; non tamen Sacerdotium, & Diaconatum; quia hi duo Ordines habent immediatam relationem ad Corpus Chriſti verum, ſuprà quod Pontifex non habet maiorem poteſtatem, quam alius Sacerdos. D. Tho. in ſupplem. ad 3. p. q. 38. art. 1. ad 1. pag. 159.

Quodnam ſubiectum Ordinis.

Subiectum capax huius Sacramenti non poſſunt eſſe fœminæ, ex D. Tho. in ſupplem. ad 3. p. q. 39. art. 1.

Sicuti & viri non baptizati; Pueri antè vſum rationis, ex eodem D. Tho. in ſupplem. ad 3. p. q. 39. art. 2. licitè ordinari poſſunt ad ordines minores; ad alios

alios verò ordines non poſſunt ordinari ſine peccato;

Caſus.

Sempronius Epiſcopus ordinauit Curtium Nepotem ſuum antè annos diſcretionis in Subdiaconum, & hoc nè vxorem ex poſt duceret, & fratris ſui Minoris matrimonium impediret.

Caſus De Epiſcopo ordinante aliquem in ſubdiaconũ ante annos diſcretionis.

Quæritur an quandò peruenit ad legitimam ætatem poſſit dicto ordini renuntiare, & vxorem ducere?

Reſp. affirmatiuè; eo quia Eccleſia non poteſt illum ad votum caſtitatis obligare, independenter ab eius voluntate.

Votum ſolemne Continentiæ eſt ſolum ordini ſacro annexum de iure Eccleſiaſtico, & ideò in eo poteſt Papa diſpenſare.

Quo iure votum ſolemne continentiæ ſit annexum ordini ſacro.

Eodem iure prohibetur bigamis ad ordines Sacros promoueri, vtpote declarati irregulares; ideoque pariter in hac irregularitate poſſunt Pontifices diſpenſare; ſicuti fuit Martinus Primus, & Lucius Papa, de quibus videatur opus. pag. 260.

Bigami vtpotè irregulares promoveri non poſſũt ad ſacros ordines ſine diſpenſatione.

Idem etiam dicendum eſt de aliis irregularitatibus.

De quibus videatur tract. de Cenſuris ſuprà &c.

Digitized by Google

ARTICVLVS V.

De Epiſcopatu.

Epiſcopi præeminẽt Preſbyteris dignitate, & poteſtate etiã iure diuino.

CErtum eſt de fide Epiſcopos iure diuino dignitate, & poteſtate eſſe Presbyteris ſuperiores. Ex Concil. Conſtantienſi in Bulla Martin. V. & Trident. ſeſs. 23. c.4. & can.7. D.Tho. in ſupplem. ad 3. p. q.40. art.4.

Epiſcopatus à Sacerdotio non diſtinguitur.

Non eſt ordo diſtinctus à Sacerdotio. Sed eſt ipſius Sacerdotii extenſio, & excellentiſſimum eius complementum.

D. Tho. in ſupplem. ad 3. p. quæſt. 40. art.5. pag. 261.

Digitized by Google

QVÆSTIO II.

De horis Canonicis.

ARTICVLVS I.

Quot, quibuſue horis Canonicis diuinum Officium comprehendatur.

HOræ Canonicæ ſunt ſeptem, ſcilicet Matutinum, Prima, Tertia, Sexta, Nona, Veſperæ, & Completorium. D. Tho. opuſc. 65. cap. 1. *Horæ canonicæ ſeptem*

ARTICVLVS II.

Quinam teneantur ad recitandum diuinum Officium.

IN primis Clerici in ſacris ordinibus conſtituti tenentur ad recitandas horas Canonicas. Sic habetur in cap. Dolentes de celebrat. Miſſæ, & ex cap. Presbyter. diſ. 91. *Horas canonicas recitare tenentur clerici ſacris initiati*

Secundò, Omnes Clerici beneficiati, per-

Clerici beneficiati in quocumque ordine conſtituti, & Clerici profeſſi in Religione.

percipientes Eccleſiaſtica ſtipendia tenentur ad perſoluendum ſeptem horas Canonicas in quocumque Ordine ſint. Ex Concil. Lateranen. ſub Leo X. ſeſſ. 9. & in Bulla Pii V. relat. à Nauar. in Man. cap. 25. num. 122.

Clerici profeſſi in Religione, vbi horæ Canonicæ in Choro perſolvuutur: & hoc ex celeberrima, & laudabili conſuetudine vno antiquorum Patruum conſenſu approbata, quæ vim habet præcepti.

Ad quod teneatur ſæculari habens tãtùm Eccleſiaſticam penſionem.

De his plures caſus videas in opere pag. 264. 265.

Sæcularis habens ſolum Eccleſiaſticam Penſionem tenetur Officium B. Mariæ Virginis recitare; dummodò tamen ipſe fructus talis penſionis recipiat.

Videatur opus. pag. 265.

AR-

Digitized by Google

ARTICVLVS III.

De cauſis excuſantibus à recitatione diuini Officii.

MVltæ ſunt cauſæ. Prima, eſt infirmitas grauis. Secunda, grauis occupatio honeſta, & neceſſaria; vt eſt Concio, Confeſſio in magno populi concurſu &c. Tertia, impotentia, vt eſt carentia Breuiarii, Cæcitas &c. Quarta, diſpenſatio Papæ. Quinta, carentia fructus in Beneficiato ad ordines ſacros non promoto. Sexta, Ignorantia invincibilis. Septima, Oblivio &c. De quibus videatur opus. p.266.267.

Expenduntur cauſæ excuſãtes à recitatione diuini officii.

ARTICVLVS IV.

Num ille, qui non poteſt totum officium recitare, poteſt tamen aliquam eius partem, teneatur ad ipſam recitandam.

Reſp. SIc: ex prop. dam. ab Innoc. XI. n.54. Videatur opus, vbi multi caſus expendũtur circà hoc.p.268

Qui non poteſt horas Canonicas in totum recitare, & poteſt in partem, tenetur ad illam.

AR-

ARTICVLVS V.

De tempore, quo horæ Canonicæ ſunt recitandæ.

Eccleſiaſtici quotidie horas Canonicas recitare debent.

QVolibet die horæ Canonicæ recitandæ ſunt à perſonis Eccleſiaſticis; quod illis præcipitur in c. dolentes de celebrat. Miſs. ex Concil. Lateranen. & ex Bulla Pii V.

Statis horis diei recitare debent, qui perſolvunt in Choro.

Horæ autem, quæ exprimuntur nominibus Canonicarum horarum debent obſeruari ab his, qui publicè, & in choro eas perſolvunt iuxtà conſuetudinem locorum, Eccleſiarum, & Conventuum, ſiuè inſtituta Religionum.

Qui priuatī ſolùm recitare debet leviter peccat, ſi ſine cauſa tempus præfixũ horarũ non ſeruat.

Ille verò, qui priuatim eas recitare debet, licèt non excuſetur ab aliqua culpa, ſi abſque cauſá tempus tale ad ſingulas horas præfixum non obſeruet; tamen ſi recitet eas quandò poteſt; & totas ſimul, non peccat mortaliter, & ſatisfacit præcepto. D. Tho. op. 65. c. 1.

De his videatur opus, pag. 269.

AR-

ARTICVLVS VI.

De ordine, quo debent horæ Canonicæ recitari.

ORdo in recitatione Officii diuini conſtitutus eſt, vt primum dicatur Matutinum, deindè Laudes, Prima, Tertia, Sexta, Nona, Veſperæ, & Completorium.

Qui ordo tenendus in recitatione Diuini Officii.

Qui hunc ordinem præuerteret, peccaret ſaltem venialiter, ſi hoc faceret abſque legitima cauſa; ſi autem faceret cum cauſa; puta quia in choro recitauit Sextam, & Nonam, & ad Tertiam non potuit intereſſe, ſi poſteà Tertiam recitet nullum committet peccatum.

Peruertens priuatim hunc ordinē ſine cauſa venialiter peccaret; cū cauſa nullo modo peccaret.

De hoc plures caſus videas in opere. pag. 270.

Et hoc certum eſt de recitante horas Canonicas priuatim; qui verò talem ordinem præuerteret in choro recitando publicè, cum hoc non poſſit fieri ſine ſcandalo, probabiliùs eſt peccare mortaliter: ſicuti etiam, ſi præuerteretur ordo pſalmorum in vna hora cum publico ſcandalo &c. videatur opus. pag. 270.

Sin autem Penitens hoc faceret in Choro, tunc ob ſcandalū probabiliùs mortaliter peccaret.

Digitized by Google

ARTICVLVS VII.

De quo debeant horæ Canonicæ recitari.

Recitandũ eſt officium prout decurrit de die in diem.

OFficium ſemper debet recitari de tempore, vel de Sanctis prout occurrit; & qui oppoſitum faceret peccaret mortaliter; Circà recitationem Officii, videatur prop. dam. ab Alex. VII. num. 34.

De eo, qui recitat officium Paſchatis in die Palmarum, qui non ſatisfacit; ſicuti neque vnico officio poteſt duplici præcepto ſatisfieri, nempe pro die præſenti, & ſequenti; ex eiſdem prop. damnatis ab Alex. VII. num. 35.

Videatur opus. pag. 271.

AR-

Digitized by Google

ARTICVLVS VIII.

Quænam pœnitentia ſit imponenda omittenti recitare diuinum Officium.

DEbet Confeſſarius imponere pœnitenti, qui ſe omiſiſſe diuinum officium confitetur, vt alios pſalmos recitet ſecundum proportionem negligentiæ. D. Tho. quodlib.3. art. 29.

Et ſi omittens ſit beneficiatus debet obligari ad reſtitutionem fructuum prò rata; cum ad hoc teneatur etiam antè iudicis ſententiam ex prop. dam. ab Alex. VII. num. 20.

Niſi tamen pars omiſſa ſit leuis, de quo videatur opus, vbi Bullæ Leonis X. & Pii V. ponuntur, & examinantur, pag.272.

Cōfeſſarius imponat pœnitentiam cum proportione ad negligentiam pœnitētis in omiſſione Officii.

Beneficiatus omittēs tenetur reſtituere fructus prorata, dummodò pars omiſſa nō ſit leuis.

ARTICVLVS Vltimus.

De attentione neceſſariò requiſita ad recitandum diuinum Officium.

CVm horæ Canonicæ ſint recitandæ deuotè, ac ſtudiosè, vti habetur in Concil. Generali ſub Innoc. III. cap. Dolentes de celebratione Miſs. ideò

Quænam attentio in recitandis horis Canonicis ſit ſufficiens.

Dico ad eas recitandas non ſufficere attentionem habitualem, nec neceſſe eſſe ſemper actualem habere, ſed oportere attentionem virtualem vel ad verba, vel ad ſenſum verborum, vel ad Deum.

Videatur opus, vbi amplè hæc materia pertractatur. pag. 273.

TRA-

TRACTATVS VLTIMVS.

De Sacramento Matrimonii.

Continet quaſt. D.Tho. in ſupplem. ad 3.p. à q. 42. vſque ad 68.

QVÆSTIO I.

De Sponſalibus.

Correſpondet q. 43. D.Tho. in ſupplem. ad 3. p.

ARTICVLVS I.

De natura, & quidditate ſponſalium.

Definitio ſponſalium.

DEfiniuntur ſponſalia futurarum nuptiarum mutua promiſſio: l. 1. ff. De ſponſalibus. D. Tho. in ſupplem. ad 3. p. q. 43. art. 1.

Digitized by Google

Prima conditio neceſſaria ad validitatẽ ſponſalium.

Vt ſponſalia ſint valida triplex conditio eſt neceſſaria.

Prima eſt, quod promiſſio ſit voluntaria per exteriora ſigna expreſſa.

Caſus I.

Caſus De celebrātibus ſponſalia, quorũ vnus exterius conſentit, ſed non in corde; alter verò hoc ſciens, ex corde quidẽ cõſentit, ſed exterius cõſenſum non manifeſtat.

Thomas, & Calphurnia celebraturi ſponſalia, primus licèt ſigno externo conſenſum exprimat, tamen non ex corde; quod optimè ſciens, & perpendens ſecunda, licèt ipſa ex corde det talem conſenſum, tamen ſigno externo ipſum non manifeſtat.

Quæritur an hæc ſponſalia ſint valida?

Reſp. negatiuè; ex defectu supradepoſitæ conditionis; ratione cuius debent eſſe voluntaria, & per externa ſigna manifeſtata.

II.

Caſus De iis, qui in celebratione ſponſalium non exprimunt cõſenſũ per verba, ſed per alia ſigna ex conſuetudine loci.

Tindarus, & Sulpitia celebraturi ſponſalia licèt internè verè ex corde præbeant conſenſum; tamen externè per verba hunc non exprimunt, ſed per aliqua ſigna ſecundum conſuetudinem Patriæ, puta mittendo annulum in manu ſponſæ, vel torquem ad collum eius; vel etiam Parentibus, aut Tutoribus prò ipſis loquentibus; illis tamen præſentibus, & non contradicentibus.

Quæ-

Quæritur an huiuſmodi ſponſalia ſint bona?

Reſp. affirmatiuè; non enim ſemper requiritur, quòd conſenſus fiat per verba, ſed ſufficit, quod exprimatur per ſigna ſecundum conſuetudinem Regionis.

Secunda conditio eſt, quod ſit mutua, & acceptata.

Secunda conditio pro validitate ſponſalium.

Caſus.

Simplicius promiſit Reginæ adhuc infanti ſe eam ducturum in vxorem; quam promiſſionem non acceptauit Regina, quia non erat capax; cum ad debitam ætatem peruenit de hoc admonita conſentit, & acceptat promiſſionem, & inſuper ipſa pro ſe promittit.

Caſus De ea, quæ cum ad debitam peruenit ætatem viciſſim repromittit ei, qui ſibi adhuc infanti matrimoniũ promiſit.

Quæritur an Simplicius teneatur ſtare promiſſo?

Reſp. affirmatiuè, ſic pro infantibus, ac pueris lege determinante, l. iubemus 6. de emancip. liber.

Alios caſus de hoc videas ſuprà in tract. de contractibus &c.

Tertia conditio eſt, quod aliquo exteriori ſigno manifeſtetur. De qua ſatis ſuprà.

Tertia conditio pro validitate ſpõſalium.

Sponſalia clandeſtina, hoc eſt abſque præſentia Parochi, & duorum teſtium non ſunt inualida; de ipſis enim mentionem non facit Conc. Trident.

Digitized by Google

Matrimonium clandeſtinum Tridentini lege irritum non habet vim ſponſalium: ex declar. Sac. Congreg. Cardinal. Concil. Trid. interpretum.

Caſus.

Caſus De eo, qui in in ſponſalibus conditionatis habet copulã eum ducenda in vxorẽ nondùm purificata cõditione.

Caius promiſit Bertæ ſe ducturum ipſam in vxorem, ſi haberet mille argenteos in dotem; hac promiſſione mutua acceptata, dum dos cumulatur, habent copulam ſimul, quo detecto à Parentibus Bertæ prætendunt, quòd ſponſalia non ſint ampliùs conditionata, & ideò volunt Caium ducere Bertam abſque tali dote.

Quæritur an hoc verum ſit, & an Caius poſſit cogi.

Reſp. negatiuè poſt Concilium Trident. quod determinauit, quòd ſpõſalia conditionalia per copulam non tranſeant in abſoluta; licèt hoc eſſet de iure antiquo. Et ideò Caius, ſiſtendo in iure Eccleſiaſtico non poteſt cogi, niſi verificata conditione.

Sponſalia ſunt pura ſacramentalia matrimonii.

Sponſalia non ſunt Sacramentum, ſed ſolum ſacramentalia matrimonii; ſicut exorciſmus Baptiſmi. D. Tho. 4. ſent. diſt. 27. quæſt. 2. art. 1. ad 6.

Videatur opus. pag. 276.

ARTICVLVS II.

Vtrum ex ſponſalibus aliqua obligatio conſurgat.

Reſp. SIc; non ſolum in foro externo, ſed etiam interno; vndè obligant ſub mortali, dummodò ſint vera ſponſalia.

Vera ſponſalia obligant in foro externo, & interno, & ſic ſub mortali.

D. Tho. 4. ſent. diſt. 27. q. 2. art. 1. ad 2.

Caſus I.

Curtius cum à longè vidiſſet Caiam, & pulcherrimam eam exiſtimaſſet exquiſiuit eam Parẽtibus, & eam ſe ducturum promiſit; factis ſponſalibus cum meliùs eam inſpexiſſet, nec tam pulchram aduertiſſet pœnituit ſe promiſiſſe.

Caſus De eo, qui cùm validè celebrauerit ſponſalia, ex poſt pœnituit ſe promiſiſſe.

Quæritur an per hanc ſuam pœnitentiam ſponſalia diſſoluantur?

Reſp. negatiuè: nam pœnitentia poſt contracta ſponſalia non tollit obligationem eorum, cum anteà validè celebrata fuerint, vt patet ex dictis in tract. de Contract.

Digitized by Google

I I.

Caſus De eo, qui animo illudendi ſimulatè contrahit ſponſalia cum graui damno alterius ſpõdentis.

Didimus fictè contrahit ſponſalia cum Publia animo ſolùm ei illudendi; ex qua tamen illuſione graue damnum aduenit Publiæ; vix enim ab alio ducetur, dum noſcitur eam Didimum reſpuiſſe.

Quæritur an Didimus teneatur ſtare promiſſo.

Reſp. affirmatiuè; non quidem ex vi ſponſalium, ſed ratione damni, & ſcandali vitandi; vndè compelli poteſt.

Plura de hoc videas in tract. de Luxuria, agendo de ſtupro, & raptu.

III.

Caſus De eo, qui promittit alicui ſe ducturum in vxorem, quam vellet ex ſuis filiabus, & ſibi offertur alia præter eam, quam ſperabat.

Tiberius habet tres filias. Curtius amans vnam ex ipſis petit à Patre, quod tradat illi vnam ex ſuis filiabus, quam voluerit. Pater hoc acceptat, & mutuò promittunt. Curtius hoc fecit, quia putabat Tiberium interrogaturum filias, vt videret, quæ vellet Curtium ducere, ſic ſperans, quòd ſolum annueret eius Amaſia. Sed hæc ſpes eum fruſtrauit; nam Pater inconſultis filiabus, primam Curtio obtulit.

Quæritur an teneatur eam ducere?

Reſp. ſic: non quidem ratione ſponſalium, quæ vera non ſunt; ſed ratione promiſſionis.

Sed

Sed quid ſi maior diſentiat, tenebitur nè. Curtius alteram ducere?

Quid autem ſi oblata diſſentiret?

Reſp. negatiuè; dummodò tamen hoc pacto non ſe obligauerit, quod vna diſsentiente aliam ſuſcipiet.

Quid inſuper, ſi maiore oblata diſſentiente Curtius petat minorem amaſiam ſuam, tenebitur nè Tiberius hanc illi dare?

Quid etiã ſi diſſentiente oblata peteret amaſiã?

Reſp. negatiuè; quia ſicuti Curtius diſſoluitur ab obligatione vna reſpuente; ità, & Pater.

Quid denique ſi duo moriantur, ſolum amaſia ſua ſuperſtite, tenebitur nè Pater eam Curtio dare?

Quid tandẽ ſuperſtite ſolùm amaſia aliis morientibus.

Reſp. affirmatiuè; antequam tamen Pater alteram obtuliſſet, & Curtius reſpuiſſet; quia tunc Curtio reſpuente diſſoluitur promiſſio; nec ampliùs ad inuicem obligantur.

Dum ſponſalibus nullum tempus præfigitur, non ſtatim debent adimpleri; ſed ſolum quandò vnus contrahentium exigit promiſſionis adimpletionem.

Quandò ſpõſalia debeant adimpleri.

Videatur opus. pag. 277.

ARTICVLVS III.

De ætate requiſita ad ſponſalia.

Quæ ætas ad ſponſalia requiratur.

ÆTas communiter aſſignata ad ſponſalia eſt ſeptennium: ex D. Tho. in ſupplem. 3. p. q. 43. art. 2.

Quæ ad matrimonium.

Maior ætas requiritur ad matrimonium, nempe annus 14. in maribus, & 12. in fœminis. D. Tho. in ſupplem. 3. p. q. 43. art. 2. ad 1.

Ratio, quarè maior deliberatio rationis ad ſponſalia, quã ad peccandũ mortaliter requiratur.

Maior deliberatio rationis requiritur ad ſponſalia, quam ad peccandum mortaliter; quia ad id requiritur ſolum conſenſus præſens, ad ſponſalia etiam debet eſſe conſenſus in futurum. D. Tho. 4. ſent. diſt. 27. q. 2. art. 2. ad 2. & ideò ſit

Caſus De iis, qui contrahunt ſponſalia, vnus ante ſeptennium ſciens tamẽ bonum, & malum, & alter ante vſum rationis ex affectu quodam puerili.

Caſus.

Tiburtius antè ſeptennium cognoſcens bonum, & malum contrahit ſponſalia cum Curtia ante vſum rationis exiſtente, annuente tamen ex puerili affectu ergà Tiburtium; ad hoc eos incitantibus Parentibus.

Quæritur an huiuſmodi ſponſalia ſint valida, & an peccauerint.

Reſp. inualida eſſe ſponſalia, ſi quan-

quando ad debitam ætatem peruenerint non confirmentur ab ipſis. Eoſque peccare mortaliter; pueri quidem ſi cognitionem habuerint neceſſariam ad tale peccatum; parentes verò certè, & abſque vlla dubitatione, dummodò tamen hoc non fecerint ob aliquam vrgentiſſimam neceſſitatem, putà bonum pacis &c.

Quid de ſpõſalibus contractis à Parentibus pro filiis hinc inde antè ſeptennium.

Parentes poſſunt contrahere ſponſalia pro filiis ſuis antè ſeptênium ipſis filiis ignorantibus. Cap. Infantes de deſponſ. impub. in 6. quia tamen huiuſmodi ſponſalia dependent à conſenſu filiorum; debent à filiis poſt ſeptennium confirmari, aliàs nullius roboris erunt: ex c. habemus &c.

Caſus.

Caſus De Parentibus pro filiis ante ſeptennium contrahentibus, & poſtmodùm filio unius Parentum elapſo ſeptennio reclamante, & contradicente.

Didimus, & Publius parentes contrahunt ſponſalia pro ſuis filiis antè ſeptennium illis ignorantibus. Cum ad ſeptennium peruenerunt, hoc patefacto Cneio Publii filio, ipſe contradicit, ac reclamat.

Quæritur an adhùc ſponſalia valeant, & an Cneius peccet non obediendo in hoc parentibus?

Reſp. Sponſalia non valere; ex ratione ſupradicta; nec Cneium peccare, quia huiuſmodi conſenſus debet eſſe liber, nec poſſunt parentes ad hoc

 filios

filios cogere; vndè ſi non obediunt illis filii in hoc non peccant.

Videatur opus. pag. 278.

ARTICVLVS IV.

De cauſis ob quas ſponſalia poſſunt diſſolui.

Ob quas cauſas ſpõſalia poſſint diſſolui.

SPonſalia conditionata valent verificata conditione.

Caſus.

Caſus De Chriſtiano cõtrahente ſponſalia cum infideli hoc pacto, quòd iſta fiat eiuſdem Religionis.

Sempronius Chriſtianus contrahit ſponſalia cum Rachelle hebræa hac conditione, quòd euadat Chriſtiana. Hoc intuitu Rachel Chriſtiana efficitur.

Quæritur an Sempronius teneatur eam ducere.

Reſp. affirmatiuè; quià ſi quis contrahat ſponſalia cum infideli cum conditione de futura vnitate cultus; conditione verificata ſponſalia valent: ex D. Tho. 4. ſent. diſt. 79. art. 1. ad 3.

Prima cauſa ob quam ſponſalia diſſoluuntur.

Sponſalia diſſoluuntur per crimen ſuperueniens. D. Tho. 4. ſent. diſt. 39. art 6. ad 5.

Caſus

Digitized by Google

Caſus.

Dolabella contrahit ſponſalia cum Pomponia; ex poſt Dolabella fornicatur.

Caſus De contrahentibus ſponſalia, quorũ vnus ex poſt fornicatur.

Quæritur an Pomponia poſſit à promiſſione diſcedere?

Reſp. affirmatiuè, quia habet ſufficiens fundamentum, quod non ſeruabit illi fidem in futuro. Quod à fortiori dicendum eſt ſi Pomponia fornicaretur. D. Tho. 4. ſent. diſt. 27. q. 2. art. 3. ad 6. ex cap. quemadmodum de iureiurand.

Sed quid ſi vterque fornicatus fuerit?

Quid ſi ambo fornicentur.

Reſp. quod tunc poſſunt ſolui ſponſalia; nec in hoc poteſt fieri criminis compenſatio; quia fornicatio mulieris ſemper grauior reputatur, quàm viri.

Diſſoluuntur ſponſalia etiam iuramento firmata ex fornicatione: quod intelligitur per iudicis ſententiam; etenim ante ipſam, non poſſunt diſſolui abſque mutuo conſenſu.

Ob fornicationem diſſoluuntur ſponſalia etiam iuramento firmata.

Quid inſuper ſi mulier eſſet per vim corrupta?

Reſp. quòd cum tunc non peccet, nec aliquam incurrat infamiæ notam, nec etiam aliud debet ſuſtinere detrimentum; & ideò tunc ſponſalia non diſſoluuntur.

Sponſalia non diſſoluuntur muliere per vim correpta.

Secundò, ex mutuo conſenſu diſ-

Secunda cauſa ob

quam ſponſalia diſſoluuntur. ſoluuntur ſponſalia, ex c. prætereà 2. de ſponſal. & hoc etiamſi ſint iuramento firmata; dummodò tamen remiſſio ſit libera ex vtraque parte.

Caſus.

Caſus De contrahentibus ſponſalia interueniẽte iuramento, & ex poſt per mutuum conſẽſum ambobus promiſſioni cedentibus.

Curtius promiſit Cneiæ pauperi ſe ducturum eam in uxorem intuitu pietatis; quod cum non crederet Cneia iurauit Curtius, & tunc etiam ipſa conſenſit, & promiſit. Hoc publicato cum parentes Curtii valdè de hoc conquererentur, mutuo conſenſu Curtius, & Cneia promiſſioni ceſſerunt.

Quæritur an per hoc intelligantur ſponſalia inualida?

Reſp. negatiuè; quia tunc iuramentum habet vim voti, quod non poteſt mutuo conſenſu diſſolui. Sic Sotus, Sylueſter, &c. alii tamen tenent quod etiam iſta mutuo conſenſu diſſoluantur.

Tertia cauſa, ob quam ſponſalia diſſoluuntur Tertiò, ſoluuntur ſponſalia per ſubſequens matrimonium. D. Tho. 4. ſent. diſt. 27. q.2. art.3. ad 7. ex c. ſicut ex litteris de ſponſal.

Caſus

Caſus.

Caſus De eo, qui contractis ſponſalibus cum vna, ex poſt cũ alia init matrimonium.

Tiberius contraxit ſponſalia cum Berta, ex poſt celebrauit matrimonium cum Caia. Mortua Caia quæritur an teneatur ad ſponſalia cum Berta.

Reſp. negatiuè; quia obligatio ſemel extincta non reuiuiſcit; l. qui res, §. auream, ff. de ſolutionibus.

Quid dicendum, ſi ſpõſalia cum prima fuerint contracta cum iuramento, & vxore moriente illa eſſet ſuperſtes.

Sed quid ſi ſponſalia fuerint iuramento firmata?

Reſp. quod tunc mortua vxore Tiberius tenetur ad eorum obſeruationem cum Berta; quia obligatio iuramenti non fuit extincta per matrimonium, ſed ſolum ſuſpenſa. Eo prorſus modò quo quis tenetur mortua vxore Religionem intrare, ſi priùs vouit Religionem.

Sic iniens matrimonium mortaliter peccet.

Sed qui ſic contrahit matrimonium poſt ſponſalia, numquid peccat?

Reſp. affirmatiuè, & mortaliter, quia fidem non ſeruat in re grauiſſima.

Quarta cauſa ob quam ſponſalia diſſoluuntur.

Quartò, per ingreſſũ Religionis ſponſalia ſolvuntur ex parte eius, qui remanet in ſæculo; non verò ex parte eius, qui ingreditur religionem, niſi Profeſſionem emittat; ſed ad ſæculum redeat, quod videatur in D. Th. in ſuppl. ad 3. p. q. 43. art. 3. ad 1.

Et hoc intellige, ſi fictè, & mala fide Religionem intrauit, vndè ſit

Ca-

Digitized by Google

Caſus.

Caſus De illo, qui iam initis ſponſalibus ingreditur Religionem & paulò poſt ab illa regreditur.

Barnabas contraxit ſponſalia cum Valeria; poſteà pænitens de hoc Religionem intrat; & poſt paucos dies ad ſæculum reddit:

Quæritur an ſponſalia ſint ſoluta ex parte Barnabæ?

Reſp. negatiuè; quia dolus, & fraus non debet patrocinari delinquenti, cap. ex tenore de reſcript.

Sed quid ſi verè, & ex corde Religionem intrauit, & non poteſt in illa remanere ex impedimento ſuperueniente, putà ex infirmitate &c.

Reſp. quod tunc intelliguntur ſoluta ſponſalia ex parte vtriuſque, quia ſemper intelligitur reſeruatio facta de electione melioris ſtatus.

Quid denique ſi ſponſalia ſint iuramento firmata, poteritnè adhuc alter coniugum Religionem intrare?

Reſp. affirmatiuè; quia iuramentum non poteſt eſſe melioris boni impeditivum.

Quinta cauſa ob quam ſponſalia diſſoluuntur.

Quintò, votum ſimplex Caſtitatis dirimit ſponſalia ex parte vtriuſque D. Tho. in ſupplem. ad 3. p. quæſt. 43. art. 1. ad 1.

Quod intelligas de voto emiſſo antè ſponſalia, ſed non de eo, qui poſt ſponſalia emittitur: vndè ſit

Caſ

Caſus.

Caſus De eo, qui iā contractis ſponſalibus votum ſimplex caſtitatis emittit.

Pompeius contrahit ſponſalia cum Galphurnia; ex poſt votum caſtitatis ſimplex emittit.

Quæritur an per hoc ſponſalia intelliguntur ſoluta?

Reſp. negatiuè; quia nemo poteſt vouere in alterius præiudicium. Et eo magis ſi ſponſalia eſſent iurata.

Quid ſi ex poſt vovet Religionē?

Sed quid ſi Pompeius ex poſt voueat Religionis ingreſſum?

Reſp. quod votum de Religione præualet ad ſponſalia; vndè tunc Pompeius teneretur Religionem intrare. Paludanus in 4. diſt. 27. quæſt. 1. art. 1.

Sexta, & ſeptima cauſa, ob quam ſponſalia diſſolvūtur.

Sextò, ſolvuntur ſponſalia per diſceſſum alterius coniugum in regionem longinquam, cap. de illis, de ſponſalibus. Vbi gloſſa requirit triennium abſentiæ.

Septimò, per ſuperueniens impedimentum, putà nouæ affinitatis inter ſponſos, per ſuperuenientem notabilem infirmitatem, & deformitatem durabilem, cap. quemadmodum de iureiurando; per obortam capitalem inimicitiam inter ſponſos, cap. requiſiuit de ſponſal. & denique per omnia ea, quæ ſufficiunt ad diuortium inter coniuges, de quibus infra &c.

In

Digitized by Google

In his omnibus caſibus iuxtà ſupradicta ſponſalia ſolvuntur ; & quidem antè iudicis ſententiam in caſu de ſubſequente matrimonio , & de ingreſſu Religionis ; in cæteris verò caſibus dirimi debent iudicio Eccleſiæ. D. Tho. 4. ſent. diſt. 27. quæſt. 2. art 3.

Videatur opus . pag. 27. vſque ad 282.

QVÆSTIO II.

De Matrimonio ſecundum ſe.

Correſpondet q. 41. 42. & 44. D. Tho. in ſupplemento ad 3. p.

ARTICVLVS I.

Quid ſit Matrimonium.

DEfinitur: viri, mulieriſque coniunctio maritalis inter legitimas perſonas indiuiduam vitæ conſuetudinem retinens. D. Tho. 4. ſent. diſt. 27. q. 1. art. 1. *Definitio matrimonii.*

Videatur opus de eius explicatione. pag 282.

AR-

Digitized by Google

ARTICVLVS II.

De Matrimonio, vt eſt in officium naturæ.

Definitio matrimonii, prout eſt in officium naturæ.

MAtrimonium prout eſt in officium Naturæ rectè definitur: Viri, & mulieris maritalis coniunctio indiuidnam vitæ ſocietatem retinens.

Eius diuiſiones.

Diuiditur in legitimum, ratum, & conſummatum.

Legitimum dicitur, quod inter perſonas non impeditas, legitimo conſenſu eſt inſtitutum; quale eſt etiam in non baptizatis; & fuit etiam in lege naturæ, & Moſaica.

Ratum dicitur, quod ſignatum eſt Sacramento fidei, ſeu quod eſt in baptizatis; & ideò maiorem firmitatem, & indiſſolubilitatem obtinet, c. quanto de diuort.

Conſummatum dicitur, quod accedente carnali copula completum eſt.

De Matrimonio eſt præceptum naturale, expreſſum Gen. 2. Creſcite, & multiplicamini &c.

Quos obligaverit hoc præceptum ante, & recens poſt diluuium, & quos à dilu-

Hoc præceptum antè, & poſt diluvium humano generi nondum plenè propagato ſingulos obligabat. Expoſt facta ſufficienti propagatione non amplius ſingulos obligat. Immò nec Rectores Reipub. vt aliques cogant, cum de ſe

de ſe homines ad Matrimonium ſint propenſi. Sed de hoc fuſiùs infra &c.

vio eodē facta ſufficienti propagatione.

Polygamia eſt quodammodò contrà legem naturæ, repugnans fini ſecundario Matrimonii. D. Tho. in ſupplem. ad 3. p. q.65. art 1.

Fuit permiſſa à Deo hominibus poſt Diluvium, vt genus humanum meliùs propagaretur. D. Io: Chryſoſtom. hom. 56. in Geneſim.

Quo fine poſt diluuium à Deo fuerit permiſſa Polygamia.

In lege Euangelica eſt omninò prohibita: ex Concil. Trident. ſeſs. 24. can. 2.

Immò Polygami, vtpotè de hæreſi ſuſpecti ſunt de foro S. Officii.

Epiſcopi diligenter caueant, nè matrimonio copulati auctoritate Eccleſiæ aduolent ad ſecundas nuptias, donec certam fidem habeant de morte Coniugum. Sic habetur, & iniungitur cap. Dominus de ſecundis nuptiis; & cap. in præſentia de ſponſalibus. pag.283.

Epiſcopis ſerio inuigilandum ſuper trāſeuntes ad ſecūdas nuptias

A R-

ARTICVLVS III.

Quandonam fuerit inſtitutum Matrimonium, & Vtrum matrimonium infidelium ſit Sacramentum.

Inſtitutio matrimonii quando à Deo facta fuerit.

INſtitutio matrimonii ante nouam legem fuit facta à Deo Gen. 2. dicente: Creſcite, & multiplicamini &c. In noua lege quid dicendum videbimus art. ſeq.

Apud Infideles eorum matrimonia non ſunt ſacramẽtum.

Matrimonium infidelium licèt ſit verus contractus, non tamen eſt propriè Sacramentum; ſed ſit

Caſus I.

Caſus De contrahente matrimonium ex diſpenſatione Pontificis cum infideli Cathecumena.

Thomas ex diſpenſatione Pontificis ducit in vxorem Gentilem adhuc Cathecumenam.

Quæritur an hoc matrimonium ſit Sacramentum.

Reſp. eſſe Sacramentum ex parte Thomæ, cum ipſe ſit capax illius, & non ponat impedimentum, vt ſupponitur; non verò ex parte Gentilis, quæ cum non ſit Baptizata non eſt aliorum Sacramentorum capax. Thomas ergò reci-

Digitized by Google

recipit verè & rem, & effectum huius ſacramenti.

I I.

Caſus De infidelibus vxoratis ſuſcipientibus Baptiſmum.

Moiſes, & Sara in hebraiſmo vxorati Baptiſmum ſuſcipiunt.

Quæritur an denuò matrimonium celebrare teneantur, vt Sacramentum, & effectum eius recipiant?

Reſp. quod quamuis aliqui velint, quòd eorum infidelium matrimonium ſit ſacramentum ex ſuſceptione baptiſmi, & ideò ad nihil aliud teneantur. Tamen meo videri probabiliùs dicendum eſt, quod poſt baptiſmum debent coram Parocho, & Teſtibus ſuum matrimonium ratificare, & tunc recipiunt ſacramentum, & gratiam matrimonii; & hoc mihi videtur conformiùs Concilio. pag. 285.

Digitized by Google

ARTICVLVS IV.

De Matrimonio, vt habet rationem Sacramenti.

De fide eſt, matrimonium Chriſtianorum eſſe Sacramentum.

MAtrimonium Chriſtianorum eſſe Sacramentum eſt de fide definitum in Tridentino ſeſs. 24. cap. 1.

In quo ſenſu dicatur magnum ab Apoſtolo.

Magnum dicitur ab Apoſtolo ad Epheſ. 5. ratione ſignificationis, quia ſignificat coniunctionem Chriſti, & Eccleſiæ. D. Tho. ibid. lec. 10.

Fuiſſe inſtitutum à Chriſto Domino definitur pariter à Trident. ſeſs. 24. can. 1. D. Tho. in ſupplem. ad 3. p. q. 42. art. 2.

De eiuſdem à Chriſto Domino inſtitutione varia Patrum, & Theologorũ placita.

Quandò verò inſtitutum ſit non eſt tam clarum; alii enim volunt ſtatim ipſum inſtituiſſe Chriſtum, quandò carnem aſſumpſit. D. Greg. hom. 36. in Euang. Alii dum aſtitit nuptiis in Cana Galileæ. D. Cyrillus Alexandrinus lib. 1. in Io: cap. 2 Alii dum indiſſolubilitatem matrimonii, abrogata lege repudij ad primam reuocauit. Matth. 19. Alij denique poſt Reſurrectionem ſuam, quandò per 40. dies cum Apoſtolis fuit?

Expenditur, quodnam ſit

In hoc Sacramento, ſicuti & in quolibet alio, tria ſunt. Et id quod eſt Sacramentum tantùm; & eſt expreſſio exter-

externa interni conſenſus. Et id quod eſt res tantùm; & hæc ex D. Tho. 4. ſent. diſt. 26. quæſt. 2. art. 2. ad 5. eſt duplex, vna cauſata, & eſt gratia, altera ſignificata, & eſt vnio Chriſti cum Eccleſia. Denique id, quod eſt res, & ſacramentum ſimul, & eſt coniunctio, ſeu vinculum, quod ſequitur ex contractu Mattimoniali. p. 286.

illud in matrimonio, quod eſt Sacramentum tantũ, quod eſt res tãtũ, denique res ſimul & ſacramentum.

A R

Digitized by Google

ARTICVLVS V.

Vtrùm homines teneantur ex præcepto contrahere matrimonium?

In lege Euāgelica ſinguli homines non obligātur inire matrimonium.

HOc tempore, nempè nouæ legis non obligare ſingulos homines præceptum de matrimonio eſt de fide ex Seritio Papa in Epiſt. ad Epiſcopos Aphricæ; & ex Concil. Trident. ſeſs. 14. c.9.10. & deducitur ex illo D.Pauli 1. ad Corinth. 7. qui matrimonio iungit Virginem ſuam benè facit, qui autem non iungit mellùs facit.

Caſus I.

Caſus Si omnes laici perirēt tenerentur ne Religioſi ex præcepto naturali inire matrimonium.

Si per impoſſibile omnes homines laici in bello perirent, & ſolum religioſi permanerent; tenebuntur nè tunc religioſi matrimonium contrahere?

Reſp. affirmatiuè; tunc enim vrgeret præceptum iuris naturæ, quod videtur in voto exceptum, alias votum non eſſet de meliori bono. Sanchez, Sotus &c.

Alii tamen cenſent oppoſitum, aſſerentes, quod deberent putare Religioſi quod

quod numerus electorum ſit completus. Sed hoc gratis dicitur.

II.

Si per impoſſibile cæteri homines conſumerentur à peſte, & ſolum remanerent illi, qui habent vxores ſteriles; quid facere deberent tunc ipſi?

Caſus Quid eſſet faciendum remanentibus tantum viris illis, quibus forent vxores ſteriles.

Reſp. quòd tunc deberent ſuas vxores relinquere, & alias ducere, vt conſeruaretur genus humanum, ex ſupradicta ratione.

III.

Princeps aliquis habet vnicum filium, qui ex ſe non inclinat matrimonio. Si ſic extingueretur illius Principis domus magnæ exorirentur ſeditiones, & bella.

Caſus De filio vnico Principis &c. quo non nubente, cùm illius extingueretur domus, magnæ exorirentur ſeditiones & bella.

Quæritur an filius Principis teneatur tunc vxorem ducere?

Reſp. ſic: non quidem ex præcepto matrimonii, ſed ex charitate, ad impedienda ſcilicet damna &c.

Digitized by Google

ARTICVLVS VI.

De cauſa materiali matrimonii.

Explicatur, in quo conſiſtat cauſa materialis matrimonii.

CAuſa materialis ſunt actus ſuſcipientium matrimonii Sacramentum, ſeu mutuus conſenſus viri, & vxoris. D. Tho. 4. ſent. diſt. 26. q. 2. art. 1. ad 2. ex Decret. Nicolai Papæ, c. ſufficiat 27. q. 2. & ex can. tuas, de ſponſ. duor. & can. cum locum, & can. Apud, de ſponſ.

Obiectus conſenſus matrimonialis eſt copula carnalis ſaltem implicitè intenta.

Obiectus conſenſus eſt carnalis copula, non quidem explicitè intenta, ſed implicitè; quod patet in matrimonio B. Virg. Mariæ, cum S. Ioſeph, quod fuit verum matrimonium, & tamen in eius conſenſu explicitè non potuit intendi carnalis copula.

Videatur opus. pag. 288.

AR-

ARTICVLVS VII.

De cauſa efficiente matrimonii.

CAuſa efficiens matrimonii eſt idem ille conſenſus; ſed diuerſimodè conſideratus; nam ſi conſideretur in ordine ad verba conſenſum exprimentia, eſt cauſa materialis; ſi verò conſideretur in ordine ad coniunctionem matrimonialem eſt cauſa efficiens: D. Tho. 4. ſent. diſt. 27. quæſt. 1. art. 2. quæſtiuncula 1. in corp. & ad 3. *Explicatur cauſa efficiens matrimonii.*

Definitur in Concil. Florent. in Decret. Eugenii IV. vbi habetur. *Eius definitio.*

Cauſa efficiens matrimonii regulariter eſt mutuus conſenſus, per verba de præſenti expreſſus. Vbi notandum eſt verbum Regulariter appoſitum propter ſponſalia.

Digitized by Google

Caſus.

Caſus De contrahentibus ſpõſalia per verba de futuro, & ex poſt ſe cognoſcẽtibus.

Curtius, & Valeria contrahunt ſponſalia per verba de futuro; ex poſt habent copulam ſimul.

Quæritur an ipſis ſponſalia tranſeant in Matrimonium ex copula?

Reſp. negatiuè: licèt enim hoc eſſet iuxtà ius antiquum; tamen modò poſt Concil. Trident. ſeſs. 24. cap. 1. eſt abrogatum, ad auferendum inconueniens de matrimonio clandeſtino, de quo infra &c.

Videatur opus. pag. 288.

Digitized by Google

ARTICVLVS VIII.

De cauſa formali matrimonii.

CAuſa formalis matrimonii non eſt Sacerdotis benedictio, quæ ſolum eſt ſacramentale, ſed ſunt verba contrahentium mutuum conſenſum in traditione mutua ſui corporis exprimentia. *Explicatur cauſa formalis matrimonii.*

D.Tho. in 4. ſent. diſt.27. q.2. art.2. quæſtiunc.2. in corp.

Vndè non ſufficit mutuus internus conſenſus.

Caſus I.

Sempronius, & Ioanna præſentantes ſé coram Parocho ad faciendum matrimonium nullus eorum loquitur, cum loqui poſſint, nec alio ſigno externo mutuum conſenſum manifeſtant, quem tamen internè habent. *Caſus De conſtituentibus ſe coram Parocho animo verè ineundi matrimonium; ſed mutuum conſenſum, quem habēt, exteriùs nullo modo exprimentibus.*

Quæritur an propter hoc debeant dici matrimonium contraxiſſe? negatiuè; quia internus conſenſus, debet per verba, vel ſigna externa manifeſtari.

II.

Caſus De eo, qui mittendo nuncium ad deſponſandam aliam pro ſe, dat nũcio ſuum conſenſum coram Parocho intendens tunc matrimoniũ contrahere.

Balthaſſar Princeps mittit nuncium ad deſponſandam pro ſe Titiam; & ſciens Titiam internè in hoc ſemper conſentire, externè coram Parocho Balthaſſar dat ſuum conſenſum nuncio, exiſtimans verè tunc matrimonium celebrare.

Quæritur an de facto tunc matrimonium celebretur.

Reſp. negatiuè; quia cum requiratur conſenſus vtriuſque externè expreſſus, & tunc non ſit conſenſus Titiæ, niſi internus, non poteſt tunc fieri matrimonium. Tunc ergò ſolum fiet, quandò nuncius præbebit conſenſum Titiæ pro Balthaſſarre coram Parocho, & ipſa pariter conſenſum acceptans, aſſentiet, & externè ſuum conſenſum manifeſtabit. Sed de hoc infrà.

Sicuti autem non ſufficit ad matrimonium faciendum conſenſus internus, ità nec ſolum conſenſus externus. D.Tho.4. ſent. diſt.27. q.1. art.1. quæſtiunc.4. in corp.

Caſus.

Caſus De iis, qui ex timore Parentum externè tantùm in matrimonium conſentiunt.

Curtius, & Valeria ex timore parentum per verba externa demonſtrant ſuum conſenſum in matrimonio, internè tamen diſſentiunt, vndè nec matrimonium conſummationi mandant. Ex poſt mortuis parentibus hunc ſuum conſentiendi modum manifeſtant, nullitatem matrimonii petentes.

Quæritur an verè matrimonium ſit nullum?

Reſp. affirmatiuè; quia ad matrimonium non minùs requiritur mutuus conſenſus externus, quàm internus; immò potiori iure requiritur internus.

Licèt ſufficiant quælibet ſigna externa conſenſum exprimentia, tamen congruens eſt, quòd hic exprimatur per verba talem conſenſum ſignantia, dummodò contrahentes non ſint muti.

Digitized by Google

Caſus.

Caſus De muliere non exprimente conſenſum, & matre pro ipſa reſpondente.

Tindarus, & Soſima accedentes ad Parochum, vt matrimonium contrahant, Soſima verbis ſuum conſenſum non exprimit; pro ipſa reſpondente Matre.

Quæritur an hoc ſufficiat?

Reſp. affirmatiuè; dummodò ſupponatur, quod Soſima hoc faciat ex verecundia. Si autem ſupponeretur in hoc dolus, nempè quòd illa libenter in hoc non conſentiret, tunc Parochus debet de hoc certificari; putà interogando eam ſeorſim, vt voluntatem ſuam liberè fateatur.

Quid ſi pro viro reſpõderet Pater?

Sed quid ſi Tindarus non reſponderet, pro ipſo reſpondente Patre, vel Tutore?

Reſp. quòd licèt poſſet hoc ſufficere data, & cognita cauſa; tamen hoc communiter non debet admitti de viro, ſicut poteſt admitti de muliere; quia cauſa erubeſcentiæ non ſic faciliter poteſt allegari in illo.

Si tandem reſpondens nihil ad eos pertineret.

Quid denique ſi ille, qui reſponderet, nihil ad eos ſpectaret?

Reſp. tunc ad nihil valere; quia licèt Eccleſia aliquandò admittat reſponſionem Parentum, vel Tutorum in minoribus ipſis præſentibus, & non contradicentibus; quia minorum voluntas implicitè continetur in voluntate paren-

rentum; cum hoc non poſſit de extraneis verificari, ideò Eccleſia aliorum reſponſionem non admitteret prudenter operando.

Verba autem debent mutuum conſenſum exprimere, putà ego te in vxorem accipio &c. cap. Si inter, de ſponſ. ſiue poſteà hoc fiat per talem explicitam reſponſionem, vel per Parochi interrogationem ipſis explicitè annuentibus &c.

Videatur opus. pag. 289.

ARTICVLVS IX.

De cauſa finali matrimonii.

Finis matrimonii, duplex.

FInis matrimonii duplex; per ſe, & per accidens. Per ſe eſt triplex: Primus procreatio prolis. Secundus, euitatio concupiſcentiæ: Tertius eſt mutuum obſequium viri, & vxoris.

Vtriuſque diuiſiones.

Per accidens finis in infinitum multiplicari poteſt; putà diuitiæ, honores, pulchritudo mulieris &c. & hi aliquandò ſunt inhoneſti, putà expletio libidinis &c. qui tamen licèt faciant contrahentem peccare, non tamen faciunt matrimonium nullum, ſicuti faceret finis per ſe, vndè ſit

Digitized by Google

Caſus.

Caſus De ineunte matrimonium cum intentione primaria v. g. furandi, aut alterius mali finis adimplendi.

Sapor ducit in vxorem Cneiam famulam Titii hac ſolam intentione primaria ſe introducendi in domum Titii, vt in ea furetur, & aufugiat derelicta Cneia.

Quæritur an matrimonium teneat?

Reſp. negatiuè; licèt enim furtum ſit finis per accidens reſpectu matrimonii, tamen in hoc caſu matrimonium eſt nullum defectu conſenſus Saporis; qui fictè acceſſit ad matrimonium non vt contraheret cum Cneia, ſed vt furaretur, & ipſa relicta aufugeret.

QVÆ-

Digitized by Google

QVÆSTIO III.

De Circumſtantiis, & conditionibus matrimonii.

ARTICVLVS I.

Vtrum inter abſentes matrimonium contrahi poſſit?

Reſp. SIc, & validè, & licitè; dummodò fiat cum debitis circumſtantiis; & hoc eſt ſpeciale Sacramenti matrimonii.

Matrimonium inter abſentes cōtractum validū eſt, & licitum.

Tria autem requiruntur ad hoc, vt matrimonium inter abſentes valeat.

Primum eſt præſentia Parochi, & teſtium; hoc eſt, quod Procurator celebret matrimonium coram Parocho, & teſtibus iuxtà præſcript. Concil. Trident.

Caſus.

Caſus De eo, qui celebrat matrimonium per Procuratorem litteras Parocho, & Teſtibus nõ manifeſtantem.

Barnabas Marchio procurator pro Rege vadit ad deſponſandam Roſmiram Reginam &c. hic non manifeſtat litteras Parocho, & teſtibus, nec ipſi audent eas inquirere; & ſic matrimonium celebratur.

Quæritur an validè?

Reſp. negatiuè; quia Parocho, & teſtibus debet innoteſcere conſenſus contrahentium; quod non poteſt fieri, niſi litteræ pateſiant. Nec in hoc ſufficit fides Barnabæ; quia Eccleſia, quæ ſolum iudicat de exteriori, vult quòd expreſsè conſenſus manifeſtetur.

Secunda circumſtãtia quæ ſit.

Secundum quod requiritur eſt, quòd Procurator non ſit fictè conſtitutus, nec litteræ ſint fictæ; tunc enim matrimonium non valeret.

Caſus De contrahente matrimoniũ per litteras exprimentes verum conſenſum, quẽ tamen contrahens reverà in corde non dat, ſed fingit ſe dare.

Caſus.

Balthaſſar Rex dat Parocho Equiti litteras ad contrahendum cum ſimplicia Regina; ipſe tamen Baldaſſar non ex animo dat talem conſenſum in litteris expreſſum, ſed fingit ſe dare, vt Patri ſatisfaciat; Parochus de facto contrahit cum ſimplicia nomine Balthaſſaris.

Quæ-

Quæritur an matrimonium ſit validum?

Reſp. quòd licèt in foro externo, & Eccleſiæ hoc matrimonium reputetur, vt validum, tamen internè, & in conſcientia non valet, cum ad ipſum non interueniat conſenſus verus, neceſſariò requiſitus.

D. Tho. 4. ſent. diſt. 29. in expoſit. litt.

Caſus de eodem auferente fictionem, ſed verè conſentiente antequam celebretur matrimonium.

Sed quid, ſi antequam celebraretur matrimonium, Balthaſſar conſentiret, & fictionem auferret?

Reſp. quòd tunc verum erit matrimonium in vtroque foro; quia verus adeſt conſenſus, in litteris expreſſus.

Caſus de eodem reuocante verũ conſenſum quẽ habuit à principio, antequam celebretur matrimonium.

Quid inſuper, ſi Balthaſſar, dato vero conſenſu à principio, poſteà nouis ſuperuenientibus eum reuocaret antequam matrimonium celebraretur?

Reſp. quòd tunc matrimonium non valeret in conſcientia; propter ſupradictam rationem; quod tam verum eſt, quòd etiamſi conſenſus in litteris eſſet iuratus, immò Balthaſsar iuraſset, ſe non reuocaturum Conſenſum, nouis ſuperuenientibus conſenſu reuocato antequam matrimonium celebraretur, matrimònium non valet in conſcientia.

Dixi in conſcientia; quia ſi hæc reuocatio non innoteſceret Eccleſiæ ipſa haberet matrimonium pro valido, & cogeret contrahentes ad ſtandum illi; ſecùs

Caſus.

Caſus De contrahentibus ſpōſalia per verba de futuro, & ex poſt ſe cognoſcētibus.

Curtius, & Valeria contrahunt ſponſalia per verba de futuro; ex poſt habent copulam ſimul.

Quæritur an ipſis ſponſalia tranſeant in Matrimonium ex copula?

Reſp. negatiuè: licèt enim hoc eſſet iuxtà ius antiquum; tamen modò poſt Concil. Trident. ſeſs. 24. cap. 1. eſt abrogatum, ad auferendum inconueniens de matrimonio clandeſtino, de quo infra &c.

Videatur opus. pag. 288.

AR-

ARTICVLVS VIII.

De cauſa formali matrimonii.

CAuſa formalis matrimonii non eſt Sacerdotis benedictio, quæ ſolum eſt ſacramentale, ſed ſunt verba contrahentium mutuum conſenſum in traditione mutua ſui corporis exprimentia. *Explicatur cauſa formalis matrimonii.*

D. Tho. in 4. ſent. diſt. 27. q. 2. art. 2. quæſtiunc. 2. in corp.

Vndè non ſufficit mutuus internus conſenſus.

Caſus I.

Sempronius, & Ioanna præſentantes ſe coram Parocho ad faciendum matrimonium nullus eorum loquitur, cum loqui poſſint, nec alio ſigno externo mutuum conſenſum manifeſtant, quem tamen internè habent. *Caſus De conſtituentibus ſe coram Parocho animo verè ineundi matrimonium; ſed mutuum conſenſum, quem habēt, exteriùs nullo modo exprimentibus.*

Quæritur an propter hoc debeant dici matrimonium contraxiſſe? negatiuè; quia internus conſenſus, debet per verba, vel ſigna externa manifeſtari.

Digitized by Google

II.

Caſus De eo, qui mittendo nuncium ad deſponſandam aliam pro ſe, dat nūcio ſuum conſenſum coram Parocho intendens tunc matrimoniū contrahere.

Balthaſſar Princeps mittit nuncium ad deſponſandam pro ſe Titiam; & ſciens Titiam internè in hoc ſemper conſentire, externè coram Parocho Balthaſſar dat ſuum conſenſum nuncio, exiſtimans verè tunc matrimonium celebrare.

Quæritur an de facto tunc matrimonium celebretur.

Reſp. negatiuè; quia cum requiratur conſenſus vtriuſque externè expreſſus, & tunc non ſit conſenſus Titiæ, niſi internus, non poteſt tunc fieri matrimonium. Tunc ergò ſolum fiet, quandò nuncius præbebit conſenſum Titiæ pro Balthaſſarre coram Parocho, & ipſa pariter conſenſum acceptans, aſſentiet, & externè ſuum conſenſum manifeſtabit. Sed de hoc infrà.

Sicuti autem non ſufficit ad matrimonium faciendum conſenſus internus, ità nec ſolum conſenſus externus. D.Tho.4. ſent. diſt.27. q.1. art.1. quæſtiunc.4. in corp.

Caſus

Digitized by Google

Caſus.

Curtius; & Valeria ex timore parentum per verba externa demonſtrant ſuum conſenſum in matrimonio, internè tamen diſſentiunt, vndè nec matrimonium conſummationi mandant. Ex poſt mortuis parentibus hunc ſuum conſentiendi modum manifeſtant, nullitatem matrimonii petentes.

Caſus De iis, qui ex timore Parentum externè tantùm in matrimonium conſentiunt.

Quæritur an verè matrimonium ſit nullum?

Reſp. affirmatiuè; quia ad matrimonium non minùs requiritur mutuus conſenſus externus, quàm internus; immò potiori iure requiritur internus.

Licèt ſufficiant quælibet ſigna externa conſenſum exprimentia, tamen congruens eſt, quòd hic exprimatur per verba talem conſenſum ſignantia, dummodò contrahentes non ſint muti.

Caſus.

Caſus De muliere non exprimente conſenſum, & matre pro ipſa reſpondente.

Tindarus, & Soſima accedentes ad Parochum, vt matrimonium contrahant, Soſima verbis ſuum conſenſum non exprimit; pro ipſa reſpondente Matre.

Quæritur an hoc ſufficiat?

Reſp. affirmatiuè; dummodò ſupponatur, quod Soſima hoc faciat ex verecundia. Si autem ſupponeretur in hoc dolus, nempè quòd illa libenter in hoc non conſentiret, tunc Parochus debet de hoc certificari; putà interogando eam ſeorſim, vt voluntatem ſuam liberè fateatur.

Quid ſi pro viro reſpõderet Pater?

Sed quid ſi Tindarus non reſponderet, pro ipſo reſpondente Patre, vel Tutore?

Reſp. quòd licèt poſſet hoc ſufficere data, & cognita cauſa; tamen hoc communiter non debet admitti de viro, ſicut poteſt admitti de muliere; quia cauſa erubeſcentiæ non ſic faciliter poteſt allegari in illo.

Si tandem reſpondens nihil ad eos pertineret.

Quid denique ſi ille, qui reſponderet, nihil ad eos ſpectaret?

Reſp. tunc ad nihil valere; quia licèt Eccleſia aliquandò admittat reſponſionem Parentum, vel Tutorum in minoribus ipſis præſentibus, & non contradicentibus; quia minorum voluntas implicitè continetur in voluntate paren-

rentum; cum hoc non poſſit de extraneis verificari, ideò Eccleſia aliorum reſponſionem non admitteret prudenter operando.

Verba autem debent mutuum conſenſum exprimere, putà ego te in vxorem accipio &c. cap. Si inter, de ſponſ. ſiue poſteà hoc fiat per talem explicitam reſponſionem, vel per Parochi interrogationem ipſis explicitè annuentibus &c.

Videatur opus. pag. 289.

ARTICVLVS IX.

De cauſa finali matrimonii.

Finis matrimonii, duplex.

FInis matrimonii duplex; per ſe, & per accidens. Per ſe eſt triplex: Primus procreatio prolis. Secundus, euitatio concupiſcentiæ: Tertius eſt mutuum obſequium viri, & vxoris.

Vtriuſque diuiſiones.

Per accidens finis in infinitum multiplicari poteſt; putà diuitiæ, honores, pulchritudo mulieris &c. & hi aliquandò ſunt inhoneſti, putà expletio libidinis &c. qui tamen licèt faciant contrahentem peccare, non tamen faciunt matrimonium nullum, ſicuti faceret finis per ſe, vndè ſit

Caſus.

Caſus De ineunte matrimonium cum intentione primaria v. g. furandi, aut alterius mali finis adimplendi.

Sapor ducit in vxorem Cneiam famulam Titii hac ſolam intentione primaria ſe introducendi in domum Titii, vt in ea ſuretur, & auſugiat derelicta Cneia.

Quæritur an matrimonium teneat?

Reſp. negatiuè; licèt enim furtum ſit finis per accidens reſpectu matrimonii, tamen in hoc caſu matrimonium eſt nullium defectu conſenſus Saporis; qui fictè acceſſit ad matrimonium non vt contraheret cum Cneia, ſed vt furaretur, & ipſa relicta auſugeret.

QVÆSTIO III.

De Circumſtantiis, & conditionibus matrimonii.

ARTICVLVS I.

Vtrum inter abſentes matrimonium contrahi poſſit?

Reſp. SIc, & validè, & licitè; dummodò fiat cum debitis circumſtantiis; & hoc eſt ſpeciale Sacramenti matrimonii.

Matrimonium inter abſentes cõtractum validũ eſt, & licitum.

Tria autem requiruntur ad hoc, vt matrimonium inter abſentes valeat.

Primum eſt præſentia Parochi, & teſtium; hoc eſt, quod Procurator celebret matrimonium coram Parocho, & teſtibus iuxtà præſcript. Concil. Trident.

Digitized by Google

Quæritur an matrimonium ſit validum?

Reſp. quòd licêt in foro externo, & Eccleſiæ hoc matrimonium reputetur, vt validum, tamen internè, & in conſcientia non valet, cum ad ipſum non interueniat conſenſus verus, neceſſariò requiſitus.

D. Tho. 4. ſent. diſt. 29. in expoſit. litt.

Caſus de eodem auferente fictionem, ſed verè conſentiente antequam celebretur matrimonium.

Sed quid, ſi antequam celebraretur matrimonium, Balthaſſar conſentiret, & fictionem auferret?

Reſp. quòd tunc verum erit matrimonium in vtroque foro; quia verus adeſt conſenſus, in litteris expreſſus.

Caſus de eodem reuocante verũ conſenſum quẽ habuit à principio, antequam celebretur matrimonium.

Quid inſuper, ſi Balthaſſar, dato vero conſenſu à principio, poſteà novis ſuperuenientibus eum reuocaret antequam matrimonium celebraretur?

Reſp. quòd tunc matrimonium non valeret in conſcientia; propter ſupradictam rationem; quod tam verum eſt, quòd etiamſi conſenſus in litteris eſset iuratus, immò Balthaſsar iuraſset, ſe non reuocaturum Conſenſum, novis ſuperuenientibus conſenſu reuocato antequam matrimonium celebraretur, matrimònium non valet in conſcientia.

Dixi in cònſcientia; quia ſi hæc reuocatio non innoteſceret Eccleſiæ ipſa haberet matrimonium pro valido, & cogeret contrahentes ad ſtandum illi; ſecùs

ſecùs tamen ſi hoc aliquo modò Eccleſiæ innotuerit; quia tunc adhùc in facie Eccleſiæ non valebit.

Tandem quid dicendum, ſi litteræ ſint ſictæ.

Quid denique ſi litteræ ſint ſictæ; putà ſi Pater Balthaſſaris dedit litteras Procuratori Balthaſſare ignorante; vel Procurator ſibi litteras finxit; & ipſis matrimonium contraxit?

Reſp. eodem modò prorsùs diſcurrendum eſſe, ac de conſenſu ficto: vndè ſi fictio non recedat, & detur verus conſenſus antequam matrimonium celebretur matrimonium erit nullum in conſcientia. Eccleſia tamen ipſum habebit pro valido vſquequò poſſit fictionem probare.

Huiuſmodi fingẽtes peccant mortaliter.

Sed numquid ſic conſenſum, vel litteras fingentes peccabunt?

Reſp. affirmatiuè, & mortaliter, quia illudunt Eccleſiæ in re graui.

Tertia circumſtantia quæ ſit.

Tertium eſt, quòd litteræ procuratoris ſint directę ad contrahendum cum certa perſona; & tunc per ſe ipſum debet agere, nec poteſt ſui mandati fines tranſcendere.

Caſus

Digitized by Google

Caſus.

Caſus De eo, qui per Procuratorem cõtrahit matrimonium cum ea, quã Pater deſignabit, vel ſceliget Procurator.

Calixtus Rex habet tres filias. Publius volens vnam ex ipſis ducere, dat Mandatum Cleobolo, vt matrimonium celebret cum vna ex ipſis, vel quæ à Calixto deſignabitur, vel quæ magis ei placebit.

Quæritur an hoc mandatum ſufficiat?

Reſp. affirmatiuè; quia licèt non ſit ad hanc indiuidualiter, eſt tamen ad hanc deſignatiuè; & tunc debent obſeruari omnia ea, quæ ſuprà diximus, de petente à Patre, qui tres filias habet, vnam ex ipſis indifferenter.

Quid ſi Procurator pergere nequiens alteri delegaret mãdatum?

Sed quid ſi procurator non poſſet de ſe pergere, putà infirmitate superueniente in itinere, poterit nè litteras alteri tradere, vel mandatum alteri facere?

Reſp. negatiuè; niſi haberet ſpeciale mandatum ad ſubſtituendum; quod ſi abſque hoc, tale mandatum alteri faceret, ſinè poteſtate ageret, & matrimonium, ſi celebraretur, eſſet nullum.

Formula, qua vtitur Procurator contrahens nomine alterius.

Verba, quibus vti debent Procuratores ad contrahendum pro aliis ſunt: Recipio te in vxorem nomine Petri v. g. vel Petrus recipit te in vxorem me mediante: & mulier debet reſpondere: Ego te mediante duco Petrum &c.

Pro-

Non peccat Procurator contrahens pro alio in peccato mortali, tamen mandans, ſi fuerit in peccato mortali quãdo fit matrimonium.

Procurator non peccat, ſi etiam in peccato mortali contrahit pro alio, quia ipſe non eſt, qui Sacramentum matrimonii ſuſcipiat.

Peccabit tamen mittens, ſi eo tempore, quo fit matrimonium, ſit in peccato mortali; & ideò quandò dat mandatum debet ſe præparare, & quantum poteſt in gratia Dei viuere &c: p.291

ARTICVLVS II.

De conſenſu ad matrimonium requiſito.

Conſenſus in matrimonio debet exprimi per verba de præſenti.

Conſenſus debet in matrimonio per verba de præſenti exprimi; aliàs dignoſci non poteſt an ſit mutuus.

Et hæc eſt differentia inter matrimonium, & ſponſalia, ad quæ ſufficit, ſi per verba de futuro, exprimatur, vt diximus.

Videatur opus. pag.291.

AR.

Digitized by Google

ARTICVLVS III.

An aliquo modo poſſit fieri matrimonium, quàm per conſenſum per verba de præſenti expreſſum.

Reſp. NOn; vndè nec iuramentum adiunctum conſenſui per verba de futuro expreſſo, nec carnalis copula ſuperueniens facit matrimonium. Concil. Trident. ſeſs. 24. cap. 1. de Reformat. pag. 292.

Nec alia ratione poteſt fieri matrimonium.

ARTICVLVS IV.

Da matrimonio clandeſtino.

MAtrimonium poteſt dici clandeſtinum dupliciter. Primò ſi fiat ſinè præſentia Parochi, & teſtium. Secundò ſi fiat abſque publicationibus.

Quot modis matrimonium poſſit eſſe clandeſtinum.

Primo modo non ſolum peccant mortaliter ſic contrahentes, ſed vlteriùs matrimonium eſt nullum ex decreto Concil. Trident. ſeſs. 24. cap. 1. de Reform.

Secun.

Secundo modo ſic cõtrahentes peccãt mortaliter, & aliquando matrimoniũ eſt nullum.

Secundò modo licet peccent mortaliter contrahentes, & poſſint puniri ab Eccleſia; matrimonium tamen valet.

In primo Eccleſia non poteſt diſpenſare; benè verò in ſecundo. Cauſæ autem in quibus Eccleſia poteſt diſpenſare, ne publicationes fiant, vide in opere à n. 28. vſque ad 31.

Vbi etiam videas, quis veniat nomine Parochi, teſtium, publicationum &c. art. 4. per totum.

Excipiuntur regiones Tridentinum nõ acceptantes.

Vnum hic exponam; quod in illis regionibus, in quibus non eſt promulgatum, nec acceptatum Concilium Tridentinum, valent matrimonia ſinè Parocho, teſtibus, & publicationibus; quia lex non obligat, niſi ſit promulgata, & acceptata. Vndè ſit

Caſus I.

Caſus De eo, qui pergit in regionem, vbi Tridentinũ non fuit acceptatum tantum, vt ibidem contrahat matrimonium.

Titius exiſtens in regione, vbi eſt acceptatum Concil. Trident. & volens contrahere matrimonium cum Berta, & ſciens, quòd hoc illi impedietur, ſi publicè contrahat; pergit ad locum, vbi Conc. Trid. non eſt acceptatum, ibique cum Berta contrahit ſine Parocho, & teſtibus.

Quæritur an matrimonium ſit validum?

Reſp. affirmatiuè; quia leges cadunt

dunt ſuper perſonas exiſtentes in loco, vbi receptæ ſunt.

Nec obſtat ad hoc, quòd illuc ſe tranſtulit data opera; & ideò videtur fraudem contrà Eccleſiam comiſiſſe;

Non obſtat in quam, quia qui vtitur iure ſuo fraudem non committit.

Valet ergò matrimonium Titii, & Bertæ ibi contractum; dummodò non adſit aliud impedimentum.

II.

Caſus De Germano exiſtente in Italia cauſa belli & volente ſimiliter cũ germana cõtrabere matrimonium ſine Parocho &c.

Cneius Germanus exiſtens in Italia, cauſa Belli, vult ducere in vxorem Curtiam filiam ſui Comilitis.

Queritur an poſſit hoc facere abſque Parocho, Teſtibus, & publicationibus &c.

Reſp. negatiuè; ex reg. Iur. Cum fueris Romæ &c. vndè debet celebrare matrimonium iuxtà conditiones præſcriptas in Italia; & ſi aliter facerent, peccarent contrahentes mortaliter, & matrimonium eſſet nullum.

Plura de hoc videas in opere. p. 293. &c.

Digitized by Google

ARTICVLVS V.

De indiſſolubilitate matrimonii.

Qualis ſit indiſſolubilitas matrimonii.

MAtrimonium ſiuè ratum, ſiuè conſummatum eſt indiſſolubile tam iure naturæ, quàm iure diuino. Matth. 19. dicente Domino; *Quæ Deus coniunxit homo non ſeparet.*

Nec Papa in hoc diſpenſare poteſt.

Pontifex non poteſt in hoc diſpenſare; quod ſi aliqui Pontifices videntur diſpenſaſſe; hoc abſolutè non fecerunt, ſed detectis occultis matrimonii impedimentis, matrimonium eſſe nullum declarauerunt.

Diuerſimodè tamen loquendum eſt, de matrimonio rato, ac de matrimonio conſummato; nam matrimonium conſummatum numquam diſſoluitur, niſi præſuppoſitis impedimentis, de quibus infrà.

Solum matrimonium ratum ad differentiã conſummati optimè diſſoluitur per ingreſsũ in Religionem.

Matrimonium verò ratum per ingreſſum in Religionem poteſt diſſolui. Poſtquam enim quis contraxit matrimonium, poteſt ſpacio duorum menſium ſe abſtinere à redditione debiti; & tunc de Religionis ingreſſu deliberare. Sic iura Eccleſiaſtica ſtatuerunt, nè matrimonium ſit melioris boni impeditiuum, cap. verum de Converſ. Coniug. cap. ex publico &c. pag. 297.

AR-

ARTICVLVS VI.

De conditionibus matrimonii.

MAtrimonium conditionatum verificata conditione valet; quod idem dicendum eſt de ſponſalibus.

Expenduntur cōditiones matrimonii conditionati.

At multæ ſunt conditiones. Primò aliæ ſunt de præſenti, aliæ de futuro. Secundò aliæ ſunt honeſtæ, aliæ inhoneſtæ. Tertiò ex inhoneſtis aliæ ſunt contrà bona matrimonii; aliæ non. Denique aliquæ ſunt impoſſibiles, aliæ in pœnam appoſitæ. De ſingulis ſenſim.

Primò matrimonium factum ſub conditione honeſta de præterito, aut de præſenti valet ſtante, & cognita conditione, & ipſa debet cognoſci, nedum à ſponſis, ſed etiam à Parocho, & Teſtibus, vt poſſint teſtificare de matrimonio ſequuto, vel non ſequuto. V.g. ſit

Prima conditio honeſta, & de præterito, aut de præſenti.

Caſus.

Cneius contrahit cum Berta, quæ hanc conditionem apponit, ſe ſuum conſenſum præbere, dummodò Cneius Patrem ſuum ſit alloquutus, & ab eo obtinuerit conſenſum.

Caſus De muliere contrahente matrimonium hac conditione v.g ſi vir

Quæritur an verificata conditione matri-

Reſp. illud primum matrimonium valere, cuius conditio primò verificatur; quòd ſi vtriuſque matrimonii conditio, ſimul, & eodem tempore verificetur; tunc ratione incertitudinis neutrum matrimonium tenet.

Tertiò: Si conditiones ſint inhoneſtæ, & contrariæ bonis matrimonii, nempè proli, fidelitati, & indiſſolubilitati; putà ſi quis ducat vxorem cum hac, quod venena ſterilitatis ſumat, vel, quod copiam ſui aliis faciat; vel vſque ad tale tempus &c. tunc matrimonium eſt nullum, ex Decretali Greg. 9. c. fin. de condit. appoſ. Quod à fortiori dicendum eſt de ſponſalibus.

Tertia conditio inhoneſta, & cõtraria bonis matrimonii.

Caſus.

Caſus De contrahente matrimoniũ hac conditione quod alter nunquam petat, ſed alteri petenti ſemper reddat debitũ. Quid de cõditione, quòd mulier deneget viro illicitè petenti?

Tindarus ducit in vxorem Valeriam hac conditione, vt numquam ab ea debitum petat, reddat tamen petenti.

Quæritur an matrimonium ſit validum.

Reſp. affirmatiuè; quia hæc conditio non contrariatur bonis matrimonii; poteſt enim adhuc ſuſcipi proles &c.

Sed quid ſi apponatur conditio, quod mulier deneget debitum illicitè petenti?

Reſp. optimè matrimonium valere; quia adhuc non ſtante tali conditione non tenetur debitum reddere.

Quare

Quarta conditio inhoneſta, ſed non contraria bonis matrimonii.

Quartò, ſi conditiones ſint inhoneſtæ, & non contrariæ bonis matrimonii, matrimonium tenet; ſed tollendæ ſunt conditiones. Sic dicta Decretalis Greg.9. c. fin. de condit. appoſ.

Quinta cōditio impoſſibilis.

Quintò, ſi conditiones ſint impoſſibiles, matrimonium tenet, quia habentur pro non appoſitis: ex dicta Decret. Greg. IX.

Sexta tandem conditio pœnalis.

Sextò, ſi conditiones ſint poſitæ in pœnam, nullæ ſunt conditiones, vndè qui contrahunt ſub ipſis non tenentur ad pœnam; quia matrimonia debent eſſe libera. Matrimonium tamen valet.

Videantur plura in opere. p.299.

ARTICVLVS VII.

De ipſo actu matrimoniali.

ACtus matrimonialis non ſolum non eſt malus, ſed bonus, & meritorius. D. Tho. 4. ſent. diſt. 26. q. 1. art. 3.

Actus matrimonialis bonus, & meritorius ad debitum finē factus.

Dummodò tamen fiat cum debitis circumſtantiis, & ad debitum finem nam ſi fieret, ob ſolum voluptatem eſſet ſaltem peccatum veniale; ex prop. dam. ab Innoc. XI. num. 9.

Ob ſolam voluptatem eſt ſaltē veniale peccatum.

Aduertam ſolum hic maximum errorem experientia compertum inter vxoratos: putant enim viri habere plenam libertatem in corpore vxoris ità vt ipſa abuti poſſint prout voluerint; hoc tam falſum eſt, quod ſi, non accedant ad vxores in vaſe naturali, & ità, vt poſſit haberi generatio, aut ſequatur effuſio ſeminis, certè peccant mortaliter, cum grauiſſimo ſui, prolis, & vxorum detrimento.

Admonitio ad viros vxoratos falsò putātes ſe habere omnimodā poteſtatem ſuper corpus vxoris, vt quoquomodo prout libuerit, vtantur.

Videatur opus in tract. de Luxuria, & hic. pag. 300.

QVÆSTIO IV.

De impedimentis non dirimentibus matrimonium.

Correſpondet q. 50. D. Tho. in ſupplem. ad 3. p. & ſeq.

Expenduntur impedimenta impedientia matrimonium.

IMpedimenta matrimonii ſunt duplicis generis, quædam impediunt, & dirimunt matrimonium; quædam verò licet impediant, non tamen dirimunt; & hæc ſunt quinque, nempè Interdictum, ſponſalia, Cathechiſmus, votum, & crimen; & his verſibus exprimuntur.

Eccleſiæ vetitum, necnon tempus feriarum,
Atque Cathechiſmus, ſponſalia, iungito votum,
Impediunt fieri, permittunt facta teneri.

AR

ARTICVLVS I.

De quatuor primis impedimentis non dirimentibus.

Quatuor prima impedimenta non dirimentia examinantur.

PRimò tempore interdicti non poſſunt matrimonia celebrari; & qui hoc faceret mortaliter peccaret; matrimonium tamen valeret.

Secundò, qui contraxit ſponſalia cum vna non poteſt matrimonium contraere cum altera; & qui hoc faceret peccaret mortaliter; matrimonium tamen valeret. Et loquimur de altera non conſanguinea primæ ſponſæ, quia tunc eſſet aliud impedimentum publicæ honeſtatis, de quo infrà.

Tertiò, qui reſpondet pro puero ſiuè antè, ſiuè poſt Baptiſmũ cathechiſmo, qui ſuper eum fit in Eccleſia. Ex hac reſponſione oritur imperfecta cognatio ſpiritualis, quæ impedit matrimonium inter ſic reſpondentem, & puerum, ſeu puellam pro qua reſpondet; & qui ſic contraheret peccaret mortaliter, & matrimonium teneret.

Non eſt ergò hoc impedimentum cognationis ſpiritualis, quæ contrahitur à leuante puerum à ſacro fonte, & ponitur inter impedimenta dirimentia: prò cuius claritate ſit

Caſus.

Caſus De eo, qui nomine alterius levat puerum à ſacro fonte.

Nero Princeps habet puerum tenendum in Baptiſmate ab alio Principe nomine Imperatoris v. g. Nato puero ſtatim illi aqua datur, propter caſus, qui poſſunt ſuperuenire. Puero grandeuo ſacto ceremoniæ Eccleſiæ celebrantur, ſeu Cathechiſmus Bautiſmi.

Quæritur quis hanc cognationem contrahat.

Reſp. Principem pro puero reſpondentem hanc imperfectam cognationem contrahere; vndè ſi ſit puella non poteſt cum illa contrahere, & ſi ſic faceret peccaret, & matrimonium valeret.

Mortaliter peccat contrahens matrimonium alioquin voto ſimplici caſtitatis, aut Religionis adſtrictus, aut tādem ſacros ordines ſuſcipiendi.

Quartò qui habet votum ſimplex caſtitatis, ſeu votum Religionis, ſeu ſuſcipiendi ordines ſacros, & contrahit matrimonium peccat mortaliter, ſed matrimonium valet. Cum hoc tamen, quod mortua vxore tenetur ad impletionem voti; & in matrimonio ipſe non poteſt petere debitum, tenetur tamen reddere.

Digitized by Google

Caſus.

Caſus De habente votum Religionis, qui matrimonium contrahit, & cõſumat.

Curtius fecit votum de ingreſſu Religionis; ex poſt ducit Caiam in matrimonium, & conſumat illud; quæritur quando peccet contrà votum, an quandò contrahit matrimonium, an quandò conſumat illud.

Reſp. in actu conſummationis; cum enim, qui contraxit metrimonium habeat duorum menſium ſpatium, vt ingrediatur Religionem per eo, quod contrahit matrimonium non opponitur adimpletioni voti. Opponitur autem quandò mattimonium conſumat, & ideò illo in actu peccat.

Quintò, impeditur matrimonium multis criminibus, de quibus art. ſeq.

ARTICVLVS II.

De impedimento criminis.

Crimina impedientia matrimonium examinantur.

SEptem ſunt crimina matrimonium impedientia, & his carminibus continentur.

Inceſtus, raptus ſponſatæ, mors mulíebris,
Suſceptor propria ſobolis, mors presbyteralis,
Vel ſi pœniteat ſolemniter, aut monialem
Accipiat, prohibent hæc coniugium ſociandum.

Impedimentum inceſtus.

Primò ergò, qui habet rem cum conſanguinea propriæ vxoris vſque ad quartum gradum ſcienter non poteſt ampliùs cum altera, vxore mortua, in matrimonio coniugi, etiamſi crimen ſit occultum; & qui hoc faceret peccaret mortaliter; matrimonium tamen teneret, c. 1. de eo, qui cogn. conſang. vxoris ſuæ. Immò hoc criminine ſecuto non poteſt ampliùs petere debitum, tenetur tamen reddere, cap. 1. & c. veniens, & c. tranſmiſſæ de eo, qui cogn. conſang. vxor. ſuæ, & can. qui dormierit, & can. concubuiſti, & can. ſi quis nouercam q. 32.

Caſus

Caſus.

Sempronius mortua propria vxore, habet rem cum conſanguinea illius.

Quæritur an hoc impedimentum contrahat?

Reſp. negatiuè; iura enim ſolum loquuntur de inceſtu viuente vxore.

Alii tamen adhuc tenent, quod contrahatur; ſed ſtandum eſt primæ ſententiæ quia pœnæ ſunt reſtringendæ.

Caſus De cognoſcente conſanguineã propriæ vxoris iam defunctæ.

Sed quid ſi Sempronius haberet rem non cum conſanguinea vxoris, ſed cum propria; contraheret nè hoc impedimentum?

Reſp. affirmatiuè ex can. ſi quis viduam, quia qui tam impudica Venere ſe polluit, interdicitur, ne alioqui licita vtatur.

Caſus De eodem propriam conſanguineam cognoſcente.

Secundò, qui vxorem occidit, non quidem vt aliam ducat, quia tunc eſſet impedimentum dirimens, de quo infrà; ſed alia de cauſa, putà ex odio &c. hic non poteſt cum alia matrimonium contrahere; & ſi hoc faciat peccat mortaliter, & matrimonium tenet.

Impedimentum necis vxoris.

Caſus I.

Caſus De interficiente propriam vxorem deprehenſam in adulterio.

Bartolus inuenit propriam vxorem in adulterio; vndè eam interficit.

Quæritur an hoc impedimentum contrahat?

Reſp. negatiuè: licet enim peccet mortaliter ex prop. dam. ab Alex. VII. num. 19. tamen iuris pœnalitates non incurrit.

II.

Caſus De coniuge interficiente maritum tantùm ex odio.

Cneia interficit maritum ſuum ex odio in ipſum.

Quæritur an hoc impedimentum contrahat?

Reſp. negatiuè, quia iura loquuntur ſolum de viro: per quod hoc impedimentum differt à crimine dirimente, qui comprehendit virum, & vxorem. Eſt tamen adhuc altera ſententia oppoſitum tenens.

Impedimentum raptus.

Tertiò, ſi quis alienam ſponſam, vel vxorem rapuit hoc impedimentum contrahit; quod etiam aliqui recentiores aſſerunt de rapta, quæ ſuum præbuit conſenſum. Hic ergò non poteſt vxorem ducere, & ſic hoc faciat peccat mortaliter, matrimonium tamen tenet. Concil. Tolet. can. ſtatutum eſt 27. q. 2.

Quar-

Digitized by Google

Quartò, qui proprium filium ſuſcipit de ſacro fonte, quod ſecundum aliquos recentiores dicendum eſt etiam de ſuſcipiente in Confirmatione, vel Baptizante extra caſum neceſſitatis, inſidiando matrimonio, puta nè reddat debitum vxori & ſpirituale cognatione contrahat. Qui ergò hoc faceret doloſè non poſſet petere debitum à propria vxore, & ea mortua non poſſet aliam ducere, & qui hoc faceret peccaret mortaliter, matrimonium tamen teneret. Ex Concil. Magunt. can. de eo 30. quæſt. 1. *Impedimentum ſuſceptionis ad ſacrum fõtem, vel etiã in cõfirmatione propriæ prolis.*

Quintò, qui interficeret Epiſcopum, vel Sacerdotem non poteſt matrimonium contrahere, & ſi hoc faceret peccaret mortaliter, matrimonium tamen teneret: cap. qui præsbyterum de pœnit. & remiſs. *Impedimentum necis Epiſcopi vel Sacerdotis.*

Limitat hoc Sylveſt. in ſum. verb. matrim. N. q. 6. quem ſequuntur aliqui recentiores, dummodò homicida fuerit in iudicio contentioſo de crimine convinctus.

Sextò, qui peragit publicam pœnitentiam non poteſt matrimonium contrahere, alias peccat, matrimonium tamen valet: can. de his 33. q. 2. & can. antiqui, quod explicat Dominicus Sotus, quandiù talis pœnitentia durat. *Impedimentum publicæ pœnitentiæ.*

Septimò, qui ſcienter contraheret matrimonium cum moniali profeſſa; nè dum inualidè contraheret cum illa, verum etiam impediretur nè aliam *Impedimentũ denique contracti ſcienter matrimonii cũ Moniali profeſſa.*

vxorem ducere poſſet. Ex Concil. Tiburienſi can. 1. h. ergò & can. ſi quis 1. quæſt. 1.

Videas alia in opere. p.302.

QVÆSTIO V.

De impedimentis dirimentibus matrimonium.

Expenduntur Impedimenta dirimentia.

IMpedimenta matrimonium dirimentia ſecundum ius antiquum ſunt duodecim his carminibus comprehenſa.

Error, conditio, votum, cognatio, crimen,
Cultus diſparitas, vis, ordo, ligamen, honeſtas,
Si ſis affinis, ſi fortè coire nequibis,
Hæc ſocianda vetant concubia facta retractant.

Ex Conc. Trident. alia duo adduntur, pariter his verſibus contenta.

Si Parochi, & duplicis deſit præſentia teſtis;
Raptaue ſit mulier, nec patri reddita tuta.

De

De his omnibus in præſenti: Vndè à primo incipiendo ſit

ARTICVLVS I.

De primo impedimento matrimonii, nempè errore.

Primum impedimentum, error.

ERror duplex in perſona; vt putà ſi quis credat duxere in vxorem Antoniam, & ducat Franciſcam: & in qualitate; vt ſi credat ducere pulchram,& diuitem,& ducat deformem, & pauperem.

Error circà perſonam dirimit matrimonium.

Error circà perſonam dirimit matrimonium, non ſolum iure naturæ, ſed etiam iure poſitiuo: c. vnico 29. q. 2. & c. tua nos de ſponſal. in 6.

Error circà qualitatem non dirimit matrimoniũ.

Error verò circà qualitatem non dirimit matrimonium, dummodò non tranſeat in perſonam. D. Tho. 4. ſent. diſt.30. q.1. art.2. ad 5. V. g. Margarita nupſit cum Curtio putans eſſe filium primogenitum talis Principis, & ex poſt cognoſcit eſſe ſecundum genitum: tunc error in qualitate tranſit in perſonam. De hoc caſum videas in opere num.9. pag.304.

ARTICVLVS II.

De ſecundo impedimento matrimonium dirimente, nempè de conditione.

Secundum impedimentum, conditio; ſeu ſervitutis.

SErmo hic eſt de conditione ſeruitutis; quæ ſi ignoretur dirimit matrimonium: v. g. Petrus ducit in vxorem Publiam putans eſſe liberam, & eſt ſerua; matrimonium nullum eſt: ex Innoc. c. ad noſtram de coniugio ſeruorum &c. D. Tho. 4. ſent. diſt. 36. ar. 1.

Si verò conditio ſervitutis cognoſcatur, tunc verum erit matrimoninm. Impedimentum hoc procedit de ſeruis emptis, qui cum apud Chriſtianos non ſint in vſu, etiamſi enim emerentur Gentiles, dum baptizantur libertati donantur ex munere piorum dominorum, ideò pauca de hoc. Qui plura videre optat, legat opus magnum. pag. 305. &c.

AR-

Digitized by Google

ARTICVLVS III.

De tertio impedimento dirimente, nempè Voto.

VOtum ſolemne, de quo loquimur in præſenti, dirimit matrimonium ex decreto Calliſti can. Præsb. diſt.27. &c.

Tertiũ impedimẽtum votum ſolemne.

Et hoc ſiue ſit expreſſum, ſiuè tacitum; hoc eſt ſiuè ſit Monacale, ſiuè Clericale: vnde tam Monacus, quam Clericus, qui poſt tale votum contrahit eſt excommunicatus excommunicatione latæ ſententiæ, Epiſcopo reſervatæ ex Clement. 1. de conſang. & Affin.t. Conc. Trid. ſeſs. 24. can.9. & matrimonium non valet.

Votum ſolemne hic aliud expreſſum, & monaſticũ, aliud tacitum, & Clericale, vtrũque dirimens, matrimonium

Plura de hoc vide in opere. p.308.&c.

ARTICVLVS IV.

De quarto impedimento dirimente matrimonium, nempè de cognatione.

Quartum impedimentum cognatio.

Quotuplex ſit cognatio.

COgnatio triplex, carnalis, ſpiritualis, & legalis.

Cognatio carnalis orta ex conſãguinitate, et affinitate ex copula licita vſque ad quem gradũ dirimat, & vſque ad quem ſi oriatur ex affinitate ex copula illicita.

Omnis cognatio impedit, ac dirimit matrimonium; cognatio carnalis vſque ad 4. gradum, ſiuè ſit conſanguinitas, ſiuè affinitas orta ex copula licita, ſeu ex matrimonio. Si verò affinitas ſit ex copula illicita; tunc ſolum vſque ad ſecundum gradum ex Concil. Trident. ſeſs. 24. cap. 4. de reform. matrim.

Cognatio ſpiritualis inter quos dirimat.

Cognatio ſpiritualis, quæ contrahitur ex collatione quorumdam ſacramentorum, nempè Baptiſmi, & Confirmationis dirimit matrimonium ſecundum duplicem gradum Paternitatis, & Compaternitatis ex Concil. Trid. ſeſs. 24. cap. 2. de Reformat. vndè ratione primi, comprehendit tenentem, conferentem, & eum, qui tenetur. Ratione ſecundi comprehendit Patrem, & matrem eius, qui tenetur, & eum qui tenet, & eum, qui Sacramentum confert.

Cogna-

Digitized by Google

Cognatio denique legalis ſolum dirimit matrimonium inter adoptantem, & adoptatum. D.Tho. 4. ſent. diſt. 42. q.2. art. 2. *Cognatio legalis inter adoptantem & adoptatum tantum dirimit.*

Plura de hoc videas in opere. q.310.

ARTICVLVS V.

De quinto impedimento matrimonium dirimente, nempè de Crimine.

DVo ſunt crimina matrimonium, dirimentia, adulterium, & homicidium; Et hæc taliter debent conſiderari, vt ordinentur ad futurum matrimonium. V.g. ad hoc, vt adulterium dirimat debet eſſe factum hac intentione, vt procuretur mors viri mulieris cum qua adulteratur vt poſteà in vxorem recipiatur. Et homicidium patratum in perſona dicti viri, debet eſſe factum hac intenttone, vt poſteà mulier in vxorem ducatur. *Quintum impedimentum crimen. Hoc duplex adulterium & homicidium Qua intentione debeāt patrari, ad hoc vt diriment.*

Quatuor caſus pulcherrimos de hoc videas in opere n. 6. &c. p.311.

Digitized by Google

ARTICVLVS VI.

De ſexto impedimento matrimonii, nempè de diſparitate cultus.

Sextum impedimẽtum diſparitas cultus.

Matrimonium Catholici cum non baptizata etiam cathecumenà nullum eſt.

Secus eſt validum cũ hæretica, vel Apoſtata.

SI Catholicus contrahat cum infideli non baptizata, etiamſi ſit Cathecumena nullum eſt matrimonium. D. Tho. 4. ſent. diſt. 39. art. 1. ad 5. ex cau. caue. 28. q. 1.

Si verò contrahat cum hæretica, vel Apoſtata, peccabit quidem, & grauiter ob prohibitionem Eccleſiæ, cap. non oportet, & c. caue 28. q. 1. matrimonium tamen tenebit ex Gloſa communiter recepta in d. c. oportet 28. quæſt. 1.

Caſus.

Caſus De hebræo qui baptizatur remanente vxore in hebraiſmo.

Moiſes hebræus conuertitur ad fidem, & Baptizatur, Iudit vxore ſua in hebræiſmo permanente?

Quæritur an poſſit aliam vxorem ducere.

Reſp. affirmatiuè; licet enim ſecundum Ius antiquum, & in primitiua Eccleſia permitterentur ſimul commorari,

Digitized by Google

rari, quandò infidelis vellet hoc facere abſque iniuria fidei, puta non blasphemando nomen Chriſti, nec fidelem à fide avertere conante; tamen qu a experientia compertum eſt, hoc cedere in detrimentum fidei, in Synod. Toletan. 4. can. Iudæi 28. q. 1. decretum fuit, quod conuerſus ad fidem non c mmoraretur cum vxore in hæbraiſmo remanente; immò, quod aliam vxorem ducat ſtatutum fuit in can. Eutichi Papæ 28. q. 1. ſi quis Gentilis &c.

Prudens Eccleſiæ diſpoſitio, & ſimul pia in ſtatuendo certum tempus ad experiendum, num vxor relicta in hebraiſmo velit baptizari, & ſi baptizetur, quid de illa ſentiendum in ordine ad ſtandum pro viro.

Eccleſia ergò debet certum ſtatuere tempus, ad experiendum, num Iudit vellit Baptizari; quo tempore ſi baptizetur, ratificent matrimonium coram Parocho, & teſtibus, & ſtent ſimul, etiamſi eſſent coniuncti aliquo propinquitatis vinculo ab Eccleſia prohibito, quia à principio matrimonii iuri Eccleſiaſtico non ſubiicebantur. Si autem poſt tale tempus non baptizetur, tunc poteſt Moiſes aliam ducere, vel Religionem intrare prò vt voluerit. Et ſi alia ducta Iudit poſteà conuertatur, non debet ad ipſam euolare, ſed debet cum illa permanere, quam duxit poſt Baptiſmum. Et Iudit poteſt ſibi de alio vio prouidere.

Videatur opus. pag. 313.

AR-

ARTICVLVS VII.

De ſeptimo impedimento matrimonii, nempè de Vi.

Septimum impedimentum, Vis, ſeù metus cadens in conſtantem virum.

VIs, ſeu metus cadens in conſtantem virum dirimit matrimonium; ex Alexand. III. c. cum locum de ſponſal. &c. D. Tho. 4. ſent. d. 29. art. 3. quæſtiunc. 1. in corp. Vndè matrimonium per vim celebratum eſt nullum, & non ſolum ex parte illius, qui coactè conſenſit, ſed etiam ex parte illius, qui liberè; quia cum matrimonium ſit duorum contractus non poteſt claudicare, ex c. tuæ fraternit. reſpond. Innoc. III. ad Epiſcop. Brixienſ.

Videatur de hoc decretum Concil. Trident. ſeſs. 24. cap. 9. de reform. matr.

Plura habes in opere. p.315.

A R-

ARTICVLVS VIII.

De octauo impedimento matrimonii, nempè Ordine ſacro.

Octauum impedimentum, Ordo Sacer.

ORdo ſacer impedit matrimonium contrahendum, & dirimit contractum ex decret. Alexand.III. c.quod latè, & cap. ex parte de Cleric. coniug. Et hoc loquendo de latino; nam apud Græcos aliter obſeruatur, & hoc quia ordinibus ſacris ipſi nòn habent annexum votum caſtitatis ex Innoc. c. cum olim de Cleric. coniug.

Matrimonium latini ſacris initiati nullũ eſt.

Si quis ergò latinus eſt ordinibus ſacris initiatus impeditur à contrahendo matrimonio, & ſi hoc faciat matrimonium eſt nullum.

Plures caſus de hoc videas in opere. pag.316. &c.

ARTICVLVS IX.

De impedimento nono matrimonii, nempè de ligamine.

Nouum impedimẽtum, ligamen.

LIgamen eſt vinculum prioris matrimonii, quo durante poſteriùs matrimonium eſt nullum, ex c. 1. 3. & vltimo de ſponſal. duorum; vndè Conc. Trident. ſeſs. 24. can. 2. excommunicat, qui dicit licere Chriſtianis habere ſimul plures vxores.

De hoc videantur ſupradicta de poligamia, & multa alia in opere. p. 319.

AR-

ARTICVLVS X.

De decimo impedimento matrimonii, nempè de Publica honeſtate.

PVblica honeſtas ex duplici capite horiri poteſt; & ex ſponſalibus, & ex matrimonio rato; vndè, qui contrahit matrimoniom cum conſanguineis ſponſæ, vel vxoris hoc pacto matrimonium erit nullum ex cap. vnico de ſponſal. in 6. & ex c. ſponſam extra: de ſponſal. Cum differentia tamen, nam ſponſalia adhoc, vt tale impedimentum præſeferant debent eſſe vera; ex fictis enim, & inualidis ſponſalibus hoc impedimentum non contrahitur: ex Conſil. Trident. ſeſs. 24. cap. 3. de Reform. matrim.

Decimum impedimentum. Publica honeſtas. Ex quo capite oriatur

Ex fictis ſponſalibus non oritur hoc impedimentum.

Inſuper ſponſalia non afferunt hoc impedimentum, niſi cum conſanguineis ſponſæ in primo gradu; ex eodem Concil. Trid. ſeſs. 24. cap. 3. de Reform. matrim. At verò

Matrimonium ratum etiam inualidum hoc impedimentum ſecum affert: ex conſt. Pii V. quæ incipit: Ad Romanum ſpectat: & ex Declar. Sac. Cardinalium Congreg. &c.

Inſu-

Inſuper in matrimonio rato extenditur hoc impedimentũ vſque ad quartum gradum conſanguineorum Vxoris; ex eod. motu proprio, incip. Ad Roman. ſpectat.

Videatur opus. p.320.

ARTICVLVS XI.

De vndecimo impedimento matrimonii, nempè de Affinitate.

Vndecimũ impedimentum Affinitas.

Affinitas ex quo cauſetur.

AFfinitas, quæ cauſatur ex commixtione ſeminum per copulam carnalem dirimit matrimonium de iure Eccleſiaſtico ſecundum omnes. Quod intelligendum eſt de affinitate contracta antè matrimonium, vel etiam poſt in ordine ad aliud matrimonium, vxoris morte ſequuta v. g. ſit

Caſus.

Caſus De vxorato cognoſcente carnaliter conſanguineam ſuæ vxoris.

Titius vxoratus cognoſcit Carnaliter conſanguineam Bertæ vxoris ſuæ.

Quæritur an matrimonium per hoc diſſoluatur cum Berta.

Reſp. negatiuè; ſolum ergò ipſe non poterit petere debitum viuente Berta, ipſaque mortua non poterit ampliùs cum alia contrahere ex D. Tho. 4. ſent.

ſent. diſt. 34. art. 5. cum hac differentia, quod ſi contrahat cum affine Bertæ matrimonium eſt nullum omninò; ſi verò contrahat cum non affine; peccabit mortaliter, & matrimonium valet, ex dictis ſuprà de imped. non diriment.

Affinitas ergò dirimit matrimonium, & quidem ſi per copulam licitam vſque ad quartum gradum; ſi verò per copulam illicitam ſolum vſque ad ſecundum.

Videatur opus. pag. 321.

ARTICVLVS XII.

De duodecimo impedimento matrimonii, nempè de impotentia.

IMpotentia dirimens matrimonium eſt impotentia coheundi, ſeu conſumandi matrimonium; ſiuè ſit in viro, ſiuè in muliere. *Duodecimũ impedimẽtũ impotentia coeundi tã in viro, quã muliere.*

In viro poteſt eſſe, vel ex defectu membrorum genitalium, vel ex frigiditate. *Quomodo ſe habere poſſit in vtroque.*

In muliere verò ex arctatione Vuluæ &c.

Hæc autem impotentia debet eſſe ante matrimonium; ſi enim ex poſt adueniret, matrimonium non diſſolveret. *Naſcens impotẽtia poſt matrimoniũ nõ diſſolvit.*

Inſu-

Debet eſſe perpetua ex iudicio peritorum.

Inſuper debet eſſe perpetua, & non temporalis ſecundum iudicium medicorum.

Plura de hoc videas in opere à pag.322. vſque ad 326.

Addita impedimenta à Conc. Trid. de deffectu Parochi, & teſtium, & de raptore videas ſuprà. Primum in hoc tractatu de matrim. Clandeſtino: ſecundum verò in tract. de luxuria tom. 1. de Raptu.

AR-

ARTICVLVS XIII.

De his, qui diſpenſari poſſunt in huiuſmodi matrimonii impedimentis.

IMpedimenta alia ſunt à iure naturæ, & diuino, alia à ſolo iure poſitiuo Eccleſiaſt.

In impedimẽtis à iure naturali, & diuino nec Papa diſpẽſare poteſt.

In impedimentis primi generis nullus poteſt diſpenſare, neque Papa.

In impedimẽtis à iure poſitiuo Eccleſiaſtico poteſt Papa, & poſſunt Epiſcopi iuxta facultatem diſpenſare.

In impedimentis verò ſecundi generis poteſt diſpenſare Papa ex rationabili cauſa. Immò, & aliquandò Epiſcopus ex grauiſſima ſcilicet neceſſitate, quia tunc cenſetur habere facultatem à Papa. Caſum de hoc vide in op. n. 6.

In impedimentis ſuperuenientibus matrimonio, & quæ impediunt debiti redditionem poteſt ſemper diſpenſare Epiſcopus, quantum ad redditionem debiti.

Sicuti etiam in impedimentis non dirimentibus, excepto voto Religionis, & voto ſimplici caſtitatis. In hoc tamen

K

men poteſt Epiſcopus diſpenſare ſuper petitione debiti. p. 327.

Plura videas in opere magno ad quam in omnibus lectores remitto, cum hoc ſit merum extractum ab illa, inſpectis tamen prius ſequentibus notationibus.

Sequuntur Notationes correctionum Operis Magni ſub nomine Supreſſorum, & Expreſſorum.

Digitized by Google

Suppreſſa in Opere Magno.

Tom. 1. Tractatu primo q. 1. art. 1. n. 7. in reſponſionem ad argumentum Lutheri negantis omninò libertatem iu nobis, fundatus ſuperdictum Apoſtoli ad Rom. 5. *Fuiſtis ſerui peccati, liberati autem à peccato erui facti eſtis Iuſtitiæ.* At quia in Opere mihi videtur non fuiſſe huic argumento plenè ſatisfactum, ideò

Expreſſa hìc.

Addo, quòd Auctoritas Diui Pauli ad Roman. 5. *Fuiſtis*, &c. Lutheranis non fauet ad excludendam ab humanis actibus libertatem naturalem, de qua loquimur in præſenti, & quæ conſiſtit in velle, vel nolle hoc, vel illud. Siquidem nomen ſerui ibi non ſumitur tam ſtrictè, vt omninò opponatur libero; ſed ſumitur largè pro quadam propenſione ſequendi vel peccatum, vel Iuſtitiam, cuius afficimur amore, quæ certè non poteſt à nobis omninò auferre libertatem: ſeruitus enim Iuſtitiæ, vtpotè acceſſus ad primum liberum, magis perficit, quàm impediat libertatem, dicente eodẽ Apoſtolo 1. Corinth. 3. *Vbi ſpiritus Domini, ibi libertas.* Ità Ioannes Roffenſis in ſuo tractatu adverſùs Lutheranos ar. 36. Mens autem Apoſtoli nõ meliùs innoteſcere poteſt,

teſt, quàm ex ſerie verborum illius c. 6. in quo nititur inſinuare Romanis obligationem ſequendi iuſtitiam, ex eo quòd eius ſerui facti ſunt. Si autem per talem ſeruitutem omninò libertatem amiſiſſent, & neceſſariò pondere cogerentur, fruſtranea certe eſſet hæc inſinuatio; ad quid enim hortari ad id, quod euitari non poteſt. Liberè ergò ſerui facti iuſtitiæ, liberè eam ſequentes, nō compelluntur, ſed inuitantur eam ſequi.

Præterquamquòd hoc argumentum adhùc excruciare debet Lutheranos, nàm ſi ex eo, quòd homines erant ſerui peccati per Lutheranos omnia eorum opera erant mala, & peccaminoſa; ſerui poſteà facti iuſtitiæ neceſſariò omnia eorum opera deberent eſſe bona; nam ſicut non poteſt arbor mala bonos fructus facere, ita nec arbor bona malos fructus facere. Ad

quid

quid ergo adhùc Lutherani ponunt, quòd iuſti in ſuis operibus peccant ſaltem venialiter? niſi ad demonſtrandum, quòd omnia dogmata eorum ſunt apertiſſimè falſa; & quòd ex tali ſeruitute ſequatur neceſſitas, & quod omnia opera peccatoris ſint mala, & quòd opera iuſtorum ſint peccata venialia. Primum quia homo adhùc ſub tali ſervitute remanet liber ſecundum, quia aliqua opera peccatorum ſunt bona, licèt non meritoria. Et tertium, quia opera iuſtorum ſunt bona, licèt aliquando peccare poſſint venialiter iuxtà illud. *Septies in die cadit iuſtus.*

In hac quæſt. 1. art. 3. n. 3. pag. 7. in reſponſ. ad argumentum deſumptum ex axiomate Theologorum; qui eſt beatus poteſt fieri beatior: vbi legitur: Et magis in illa poſſeſſione radicari per viſionem, ſcilicet, maiorum perfectionū in Deo.

Legas per viſionem extenſiorem Dei.

Digitized by Google

teſt, quàm ex ſerie verborum illius c. 6. in quo nititur inſinuare Romanis obligationem ſequendi iuſtitiam, ex eo quòd eius ſerui facti ſunt. Si autem per talem ſeruitutem omninò libertatem amiſiſſent, & neceſſariò pondere cogerentur, fruſtranea certè eſſet hæc inſinuatio; ad quid enim hortari ad id, quod euitari non poteſt. Liberè ergò ſerui facti iuſtitiæ, liberè eam ſequentes, nõ compelluntur, ſed inuitantur eam ſequi.

Præterquamquòd hoc argumentum adhùc excruciare debet Lutheranos, nàm ſi ex eo, quòd homines erant ſerui peccati per Lutheranos omnia eorum opera erant mala, & peccaminoſa; ſerui poſteà facti iuſtitiæ neceſſariò omnia eorum opera deberent eſſe bona; nam ſicut non poteſt arbor mala bonos fructus facere, ita nec arbor bona malos fructus facere. Ad

quid

Digitized by Google

quid ergo adhùc Lutherani ponunt, quòd iuſti in ſuis operibus peccant ſaltem venialiter? niſi ad demonſtrandum, quòd omnia dogmata eorum ſunt apertiſſimè falſa; & quòd ex tali ſeruitute ſequatur neceſſitas, & quod omnia opera peccatoris ſint mala, & quòd opera iuſtorum ſint peccata venialia. Primum quia homo adhùc ſub tali ſervitute remanet liber ſecundum, quia aliqua opera peccatorum ſunt bona, licèt non meritoria. Et tertium, quia opera iuſtorum ſunt bona, licèt aliquando peccare poſſint venialiter iuxtà illud. *Septies in die cadit iuſtus.*

In hac quæſt. 1. art. 3. n. 3. pag. 7. in reſponſ. ad argumentum deſumptum ex axiomate Theologorum; qui eſt beatus poteſt fieri beatior: vbi legitur: Et magis in illa poſſeſſione radicari per viſionem, ſcilicet, maiorum perfectionũ in Deo.

Legas per viſionem extenſiorem Dei.

Suppreſſa.	Expreſſa.
Quæſt. 2. art. 3. num. 4. pag. 14. vbi legitur: Præter hæc omnia adhùc omnes Sancti habent vnuſquiſque propriam Aureolam, ſeù coronam &c.	Legas, adhùc aliqui Sancti habent Aureolam, ſeù coronam
Quæſt. 11. art. 5. num. 5. circam finem pag. 50. vbi legitur: in qua alii partem affirmatiuã ſequuntur, eo quia probabilior, & tutior apparet, vt nos fecimus ſuprà.	Legas: & tutior illis apparet. Abſque alia additione; ſed immediatè ſequendo; ſi tamen aliis pars neg. &c.
Tractatu 3. quæſt. 4. art. 2. num. 4. pag. 84. vbi legitur: tum quia eius actus dicuntur motus primò primi potius prouenientes ex impulſu naturæ, quàm ex libertate.	Legas: tum quia eius actus potius proueniunt ex impulſu naturæ, quã ex libertate.
Ibidem num. 7. pag. 84. vbi legitur: conſenſus rationis inferioris in delectatione ſi ſit imperfectus nullum includit peccatum.	Legas. Veniale includit peccatum.

Suppreſſa.	Expreſſa.
Tractatu 5. q. 2. art. vnico n.5.p.127.vbi legitur; quando verò eſt neceſſitas ſolùm cõmunis, tunc ſolùm peccat venialiter, qui nulli ſuperflua tribuit.	Legas. Qui ſuperflua non tribuit omnibus.
Tractatu 7. q. 1. art. 2. n.2. p.165. ly, circa quod noto &c. vbi legitur. Secundum verò poteſt eſſe veniale, licèt ex natura ſua ſit mortale &c.	Legas: mortale ex cauſa, quando ſcilicet libidinoſa ſunt; non autem ex natura ſua; puta ſi fiant ex conſuetudine patria abſque lididine: quod habetur ex &c.
Ibidẽ a.3. n.7. p.168. vbi legitur: vt ſi vidua delectaretur de actibus præhabitis cum proprio viro: ſicuti etiam ſi vxoratus, aut vxorata &c.	Legas: ſi delectaretur de actibus præhabitis cum proprio viro vxorato &c.
Tomo 2. tract. 10. quæſt. 1. a.2. n.1. p.22. vbi legitur: At verò Damaſcenus illi ætati propinquus lib. 4. cap. 17. hunc errorem ceù hæreticum expugnat.	

Poſt illam autem ætatem annis fermè 300. Anno ſcilicet 720. Leo III. Imperator Romæ eandem hæreſim ſuſcitauit, dum ingenti edictorum rigore omnes imagines à Templis excluſit; quem tunc errorem Gregorius III. in Concilio Romano &c.

Legas. At verò Damaſcenus lib. 4. cap. 17. hunc errorem, ceù hæreticum expugnat. Poſt illam verò ætatem annis fermè 300. Anno ſcilicet 720. Leo III. Imperator Oriētalis eandem hæreſim ſuſcitauit, dum ingenti edictorū rigore omnes Imagines à Templis excluſit, quem tunc errorem Gregorius ſecundus, &c.

Ibidē 2.3.n.4.p.24. vbi legitur: quòd imagines ea adoratione debent coli, qua coluntur res per ipſas repreſentatas &c.

Legas: per ipſas repræſentatæ &c.

Et inferiùs, vbi legitur: quod autem dicimus de imagine Chriſti, debet etiam dici de Cruce, ſupra quam paſſus eſt, & aliis etiam inſtrumentis paſſionis; cum hac tamen diffe-

Le-

Suppreſſa. Expreſſa.

differentia, quòd ſi conſiderantur, provt repræſentant Chriſtum, coluntur adoratione latriæ; ſi verò prout res quædam ſunt ad paſſionem Chriſti ſpectantes, & per eius contactum ſanctificatæ, adoratione hyperduliæ venerantur.

Legas. Quod autem diximus de Imagine Chriſti, debet etiam dici de Cruce, ſupra quam paſſus eſt. Alia verò inſtrumenta paſſionis ſecundùm, quòd res quædam ſunt ad paſſionem Chriſti ſpectantes, & per eius contactum ſanctificatæ adoratione hyperduliẹ venerantur. Aliæ autē &c.

Denique vbi legitur: Imagines verò Sāctorum eo modo coluntur, ac ipſi Sancti: vnde cum Beata Virgo duplici adoratione veneretur hyperduliæ quidem, vt mater Chriſti, duliæ verò ratione ſui; ſic etiam eius imagines duplici adoratione adorari poſſunt.

Legas. Vnde cum Beata Virgo adoratione veneretur hyperduliæ, vt Mater Chriſti, ſic etiam eius imagines adorari poſſunt.

Suppreſſa.	Expreſſa.
Ibidem q. vlt. art. 2. n. 7. & 8. pag. 71. vbi legitur: Periurium promiſſorium de re præſenti.	Legas. Periurium promiſſorium de præſenti.
Tractatu 11. q. 2. art. 2. n. 1. circà finem, p. 85. vbi legitur: & hæc tollitur per obſeruationem.	Legas. Obſtinationem.
Tractatu 14. q. 1. art. vlt. n. 1. in principio, p. 123. vbi legitur: prima eſt, ſi res furata ſit ſacra, vel in oco ſacro.	Legas: vel de loco ſacro, hoc eſt ad locum ſacrum pertinens, licèt non ſit ſacra, dicitur ſacrilegium iuxtà cap. quiſquis 16. q. 4. Quod clariùs explicans D. Tho. 2. 2. q. 99. art. 3. in corp. ait, committi ſacrilegium, ſi furentur quinque. Primò Sacramenta. Sacundo vaſa ſacra. Tertiò, Imagines ſacras. Quartò, quæ pertinẽt ad ornatum Eccleſiæ, & miniſtrorum: & quintò ea, quæ ſunt deſtinata ad ſuſtentationem Miniſtrorum, puta eleemoſinas &c.
Ibidem q. 4. a. 3. ante n. 13. p. 135. poſt hæc verba non tenebitur ad reſtitutionem. In-	Addas: hæc ex Ghetio. Meo tamen videri meliùs di-

Digitized by Google

dicendum, quòd tunc ad reſtitutionem non tenetur; quia ex reuocatione conſilii fecit, quantum erat de ſe, vt executio impediturur.

Inſuper ibidẽ a. 4. in fine n. 5. p. 136. poſt verba: Salon in loc. controuerſ. 1. de conſen.

Addas: in praxi tamen hoc non poteſt verificari, quia nemo poteſt ſcire, quando numerus eſt completus; niſi loquatur de votis publicis &c.

Ibidem q. 4. art. vlt. n. 8. p. 139. vbi legitur: aſſertum quoad primam partem.

Legas: quoad ſecundam partem.

Et vbi legitur: quantùm ad ſecundam partem.

Legas: quantum ad primam partem.

Tractatu 18. quæſt. 2. a. 4. n. 6. p. 83. poſt: & ex communi conſenſu Doctorum.

Adnotando tamen, quòd loquendo de participatione in Diuinis tunc ſolùm in ea communicans cum excommunicato incurrit excommunicationem maiorem, quando illa eſt lata per ſententiam Pontificis expreſſã; & tunc ſolùm Clericus

communicans incurrit, non verò laicus. Sylveſt. & Porrecta &c.

Tract. 21. q. 2. art. 1. n. 5. p. 34. in reſponſ. ad arg: ex Græcis; vbi legitur; Et nullatenùs à me excluderent actionem miniſtri, idque Eccleſia non toleraret, & non baptizarent.

Legas: & omninò excluderent actionem miniſtri, idque Eccleſia non toleraret, non baptizarent.

Ibidem q. 2. a. 3. n. 4. p. 41. circà finem, vbi legitur; an repeti debeant ceremoniæ ſimul conſubſtantialibus.

Legas: cum ſubſtantialibus.

Tractatu 23. q. 8. a. 4. n. 7. p. 137. vbi legitur: non quia non habuerint vnquam voluntatem ſuſcipiendi, aut devotionem, quia talis voluntas, aut deuotio non requiritur, cùm neque ſit neceſſaria in cæteris Sacramentis, ſed ſufficiat, quòd non adſit contraria voluntas &c.

Legas; non quia non habeant actualem voluntatem ſuſcipiendi, aut devotionem; quia &c.

Suppreſſa.	Expreſſa.
Ibidem n. 8. vbi legitur: dummodò non conſtat de obice ratione peccati mortalis, quo fuiſſent ligati, quando inciderunt in amentiam &c.	Addas: & in lucido intervallo habuerint priùs devotionem ad hoc Sacramentum.
Tractatu 24. q. 5. a. 3. n. 2. p. 144. vbi legitur: aut in ipſa ſuſceptione Baptiſmi.	Addas: poſt ablutionem tenentur.
Ibid. n. 15. p. 201. vbi legitur: ſed de his ſatis ſupra &c.	Addendo, quod non loquimur hic de Religioſo, qui debet celebrare; aut celebrauit ex neceſſitate cum peccato mortali; hic enim teuetur ſtatim, ac habet copiam Confeſſoris confiteri, tùm ex præcept. Trid. tùm ex prop. damnat. ab Alexand. VII. n. 38. & 39.
Tractatu vlt. q. 5 art. 12. n. 11. p. 322. vbi legitur: vndè impotentia perpetua coeundi erit illa, quæ non poteſt auferri ab arte magica.	Legas: ab Arte Medica.
Ibidem n. 27. p. 324. vbi legitur: eſt tamen talis ſocietas periculoſiſſima; vndè cauere maximè debent	Le-

bent à laſciuis amplexibus, impudicis tactibus, & carnalibus oſculis, non ſolum propter periculum pollutionis, ſed etiam quia tactus, & oſcula de ſui natura ſunt peccata mortalia, nec vllo modo ſunt licita, niſi inter coniuges veros &c.

Legas: ſed etiam quia tactus, & oſcula tunc erunt peccata mortalia, nec licita, niſi inter coniuges veros, vt ſuprà oſtendimus &c.

INCIPIVNT PROPOSITIONES PROSCRIPTÆ

Cum additionibus ex D. Thoma

Et Primo ab ALEXANDRO VII.
Fer. 5. die 27. Septembris 1665.

PRIMA.

HOmo vllo vnquam vitæ ſuæ tempore tenetur ellicere actum Fidei, Spei, & Charitatis ex vi præceptorum diuinorum ad eas virtutes pertinentium.

Opponit S. D. Divus Thomas 2. 2. q. 22. art. 1. in corp. vbi docet, quod actus Fidei, & Spei ſunt præcepta præambula ad legem; quia his non exiſtentibus lex locum non haberet.

Quantum verò ad actum Charitatis p. 2. q. 100. art. 10. docet, dari præceptum de eo ſpecialiter in illo: Diliges Dominum Deum tuum; & diliges proximum tuum.

II.

Vir Equeſtris ad duellum prouocatus poteſt illud acceptare, ne timiditatis notam apud alios incurrat.

Oppo-

Opponit D. Tho. 2.2. q.95. art.4. ad 3. vbi ponit duellum in communi ratione ſortium omninò damnatarum.

Et ad excludendam cauſam timiditatis 2. 2. q.64. art.3. ad 3. ait, quod nunquam debet fieri, quod eſt cum nocumento alterius.

III.

Sententia aſſerens bullam cœnæ ſolùm prohibere abſolutionem hæreſis, & aliorum criminum, quandò publica ſunt; & id non derogare facultati Tridentini, in qua de occultis criminibus ſermo eſt an. 1692. 18. Iulij in Conſtit. Sac. Congreg. Eminentiſs. Cardin. Viſa, & tolerata eſt.

Opponit D. Tho. Ad Gal. 2. Lect. 2. vbi docet, quod hæreticus occultus ſi ſit cum pertinacia eſt verè hæreticus, & excommunicatus incurrens Canonem latæ ſententiæ: *Cum ergò huiuſmodi ſit reſervatus in bulla Cœnæ non poteſt oppinio poſita tolerari.*

IV.

Prælati Regulares poſſunt in foro Conſcientiæ abſolnere quoſcumque ſæculares ab hæreſi occulta, & ab excommunicatione propter eam incurſa.

Opponit D. Tho. in 4. ſent. diſt. 79. q. 1. art. 3. quæſtiuncul. 1. in corp. vbi ex ordine cœleſtis hyerarchiæ probat prælatos habere ſolum poteſtatem in ſibi ſubditos.

Quan-

V.

Quamuis tibi conſtet Petrum eſſe hæreticum non teneris denuntiare, ſi probare non poſſis.

Opp. D. Tho. 2.2.q.10. art. 7. in corp. vbi docet, quod qui denuntiat non ſemper tenetur probare. *Cum ergò alias vrgeat obligatio denuntiationis ſequitur adhùc vrgere etiamſi probare non poſſit.*

V I.

Confeſſarius, qui in ſacramentali Confeſſione tribuit pœniteuti chartam poſteà legendam, in qua ad Venerem incitat, non cenſetur ſollicitaſſe in Confeſſione; ac proindè non eſt denunciandus.

Opponit D. Tho. in 4. diſt. 16. q. 3. art. 2. vbi docet, quod ſi pœnitens viderit Sacerdotem laſcivum, & ad huiuſmodi peccata pronum debet ad ſuperiorem recurrere; *ad quid autem, niſi ad denuntiandum?*

VII.

Modus euadendi obligationem denunciandæ ſollicitationis eſt, ſi ſollicitatus confiteatur cum ſollicitante: hic poteſt ipſum abſoluere abſque onere denunciandi:

Opponit D. Tho. in 4. diſt. 21. in explic. lit. vbi enumerando caſus in quibus poteſt pœnitens accedere ad alium Sacerdotem ſinè licentia proprii ait:

Quar-

Quartus propter malitiam Sacerdotis, ſi reuelat Confeſſiones, vel incitat ad malum. *Si ergò non debet pœnitens tali Sacerdoti confiteri, multò minùs per hoc euadet obligationem denuntiandi.*

VIII.

Duplicatum ſtipendium poteſt Sacerdos prò eadem miſſa licitè accipere applicando petenti partem eius ſpecialiſſimam fructus ipſimet celebranti correſpondentem, idque poſt decretum Vrbani VIII.

Opponit D. Tho. in 4. diſt.25. quæſt 3. art.2. quæſtiuncula 1. ad 4. vbi docet, quod facere pactionem, vltrà conſuetam eleemoſinam prò ſuſtentamento vitæ, eſt ſemper ſimoniacum: *Ergò multò magis accipere duplex ſtipendium &c.*

IX.

Poſt decretum poteſt Sacerdos, cui Miſſę celebrandæ traduntur per alium ſatisfacere, collato illi minori ſtipendio, alia parte ſtipendij ſibi retenta.

Opponit D.Tho. 2.2. q.86. art.1. ad 3. vbi docet, quod qui oblationes debitas non reddunt poſſunt puniri: *patet autem, quod Sacerdos partem retinens prout in prop. oblationes debitas non reddit, vndè certè puniri debet.*

Non

X.

Non eſt contrà iuſtitiam prò pluribus Sacrificiis ſtipendium accipere, & ſacrificium vnum offerre. Neque etiam eſt contrà fidelitatem, et amſi promittam promiſſione iuramento firmata danti ſtipendium, quod prò nullo alio offeram.

Opponit D. Tho. in 2. diſt. 42. q. 2. art. 2. quæſtiuncula 2. in corp. docens quod iniuſtitia eſt ex hoc, quod alicui detrahitur debitum. *Si ergò qui vnum recipit ſtipendium facit ſe debitorem danti prò ſacrificio, opus iniuſtitiæ faciet, ſi alia ſtipendia recipiens prò aliis offerat.*

Quantum verò ad ſecundam partem; 2. 2. q. 89. art. 7. in corp. concludit: quicumque iurat aliquid ſe facturum obligatur ad id faciendum ad hoc, quod veritas impleatur. *Ergò non euadet notam infidelitatis Sacerdos iurans prout in prop.*

X I.

Peccata in Confeſſione omiſſa, ſeu oblita ob inſtans periculum vitæ, aut ob aliam cauſam non tenemur in ſequenti Confeſſione exprimere.

Opponit D.Tho. opuſc.64. vbi ait: Confeſſio debet eſſe integra, vt omnia peccata, quæ habes in memoria, aut quæ oblitus fueras confiteri, & modo recordaris integrè confitearis.

Men-

Digitized by Google

XII.

Mendicantes poſſunt abſoluere à caſibus Epiſcopis reſeruatis non obtenta ad id Epiſcoporum licentia.

Opponit D. Tho. in 4. diſt. 19. quæſt. 1. art. 3. quæſtiuncul. 2. in corp. vbi indiſtinctè de omni Confeſſario docet debere pœnitentem ad Epiſcopum mittere pro abſolutione caſuum reſeruatorum.

XIII.

Satisfacit præcepto annuæ Confeſſionis, qui confitetur Regulari Epiſcopo præſentato, ſed ab eo iniuſtè reprobato.

Opponit D. Tho. in 4. diſt. 17. q. 3. art. 1. quæſtiuncul. 5. in corp. vbi docet, quod ad ſatisfaciendum præcepto Confeſſionis requiritur adimpletio omnium, quæ ad Confeſſionem ſpectant non ſolum ex vi Sacramenti, ſed etiam ex præcepto Eccleſiæ, dummodò non interueniat diſpenſatio. *Cum autem in Sacerdote reprobatò ſiuè iuſtè, ſiuè iniuſtè non ſit iuriſdictio, ſequitur, quod qui apud eum confitetur non ſatisfaciat præcepto.*

XIV.

Qui facit Confeſſionem voluntariè nullam ſatisfacit præcepto Eccleſiæ.

Opponit D. Tho. in 4. diſt. 17. quæſt. 3. art. 1. quæſtiunc. 4. in corp. vbi docet quod ex obligatione

con-

contritionis oritur præceptum annuæ Confeſſionis propter ſuſceptionem Euchariſtiæ. *Cum autem Confeſſio voluntariè nulla obſtet contritioni, etiam præcepto repugnat, vnde &c.*

XV.

Pœnitens propria auctoritate ſubſtituere ſibi alium poteſt, qui loco ipſius pænitentiam adimpleat.

Opponit D. Tho. in 4. diſt. 30. quæſt. 1. art. 2. quæſtiunc. 3. in corp. vbi concludit: non eſt permittendum, vt aliquis pro alio pænitentiam faciat, niſi deffectus appareat in pœnitente &c. *Ergo non eſt in arbirtium pænitentis alium ſibi ſubſtituere pro vt in prop.*

XVI.

Qui beneficium Curatum habent poſſunt ſibi eligere in Confeſſarium ſimplicem Sacerdotem non approbatum ab ordinario.

Opponit D. Tho. in quodlib. 12. art. 13. in corp. vbi docet, quod Archiepiſcopus, quia non habet immediatam iuriſdictionem in omnes ſui Archiepiſcopatus, niſi ex appellatione non poteſt dare licentiam, vel auctoritatem audendi Confeſſiones, contrà voluntatem Epiſcopi Dioceſani. *Ergò multò minùs poterit hoc facere Sacerdos curatus.*

Eſt

XVII.

Eſt licitum Religioſo, vel Clerico calumniatorem grauia crimina de ſe, vel de ſua Religione ſpargere minantem occidere, quandò alius modus deffendendi non ſuppetit, vt ſuppetere non videtur, ſi calumniator ſit paratus, vel ipſi religioſo, vel eius Religioni publicè, & coram grauiſſimis viris prædicta impingere, niſi occidatur.

Opponitur D. Tho. 2. 2. q. 64. art. 4. in corp. vbi docet, omninò illicitum eſſe viris Eccleſiaſticis alios occidere nec etiam ex zelo iuſtitiæ; & 2. 2. q. 72. art. 3. in corp. ait: ſicut patientia neceſſaria eſt in his, quæ contrà nos fiunt, ità etiam in his, quæ contrà nos dicuntur.

XVIII.

Licet interficere falſum accuſatorem, falſos teſtes, ac etiam iudicem, à quo iniqua certè imminet ſententia, ſi alia via non poteſt innocens damnum euitare.

Opp. D. Tho. 2. 2. q. 64. art. 7. in corp. vbi docet illicitum eſſe cuilibet perſonæ priuatæ intendere alium occidere ad ſui etiam defenſionem.

XIX.

Non peccat Maritus occidens propria auctoritate vxorem in adulterio deprehenſam.

Opponit D. Tho. in 4. diſt. 37. quæſt. 2. art. 2. in corp.

Digitized by Google

corp. vbi expreſsè de hoc ait: Vir licitè accuſat vxorem adulteram petendo mortem eius in iudicio ſæculari tantum, & zelo iuſtitiæ; non autem ex vindicta, vel odio. Sed occidens eam, vt perſona priuata propria auctoritate peccat mortaliter.

XX.

Reſtitutio impoſita à Pio V. beneficiatis non recitantibus non debetur in conſcientia antè ſententiam declaratoriam iudicis, eo, quod ſit pœna.

Opponit D. Tho. 2. 2. q. 62. art. 2. ad 4. vbi expreſsè docet reſtitutionem faciendam de iniuſtè acceptis in præbenda.

Quantum verò ad ſententiam iudicis p. 2. q. 105. art. 2. ad 9. ait: antè ſententiam iudicis ſufficit reſtituere ſimplum; ſed poſt eam tenetur etiam ad pœnam pro culpa.

XXI.

Habens Cappellaniam collatiuam, aut quoduis aliud beneficium Eccleſiaſticum, ſi ſtudio literarum vacet ſatisfacit ſuæ obligationi, ſi officium per alium recitet.

Opponit D. Tho. quodl. 6. art. 8. in corp. vbi de hoc expreſsè ait: Clericus beneficiatus exiſtens in ſcolis tenetur ad ordinarium officium mortuorum ſecundum conſuetudinem ſuæ Eccleſiæ; non autem ad officium extraordinarium.

Et loquendo de alio officio in 4. diſt. 15. quæſt. 4. art. 1. quæſtiunc. 3. in corp. ait: beneficiatus tenetur ad officium ſecundum morem illius Eccleſiæ.

Non

XXII.

Non eſt contrà iuſtitiam beneficia Eccleſiaſtica non conferre gratiis, quia collator conferens illa beneficia Eccleſiaſtica pecunia interueniente non exigit illam prò collatione beneficii, ſed veluti pro emolumento temporali, quod tibi conferre non tenebatur.

Opponit D. Tho. 2. 2. q. 100. art. 1. in corp. vbi ait quod venditio repugnat ſpiritualium origini, quę ex gratuita voluntate Dei proueniunt: vnde & dominus dicit Matth. 10. gratis accepiſtis, gratis date.

XXIII.

Frangens ieiunium Eccleſiæ, ad quod tenetur non peccat mortaliter, niſi ex contemptu, & inobedientia hoc faciat, putà quia non vult ſe ſubiicere præcepto.

Opponit D. Tho. 2. 2. q. 147. art. 3. ad 1. vbi ait: conueniens fuit, vt Eccleſia aliqua ieiunia ſtatueret ab omnibus obſeruanda non quaſi præcepto ſubiiciens id, quod ſimpliciter ad ſupererrogationem pertinet, ſed quaſi in ſpeciali determinans id, quod eſt neceſſarium in communi: *Ergo adhùc non contempto præcepto frangens illud peccat, &c.*

Moli-

Digitized by Google

XXIV.

Molities, Sodomia, & Beſtialitas ſunt peccata eiuſdem ſpeciei infimæ, ideoque ſufficit dicere in Confeſſione ſe procuraſſe pollutionem.

Opponit D. Tho. 2. 2. q.154. art. 11. in corp. vbi adhuc in ſpeciei peccati contrà Naturam ponit multas ſpecies ſubalternas, inter quas enumerat tres poſitas in prop. *Si ergò ſunt diuerſæ ſpecies ſubalternæ erunt neceſſariò explicandæ in Confeſſione, &c.*

XXV.

Qui habuit copulam cum ſoluta ſatisfacit Confeſſionis præcepto dicens: comiſi cum ſoluta graue peccatum contrà caſtitatem, non explicando copulam.

Opponit D. Tho. 2. 2. quæſt. 153. art. 1. vbi inter ſpecies luxuriæ enumerat ſimplicem fornicationem, quæ eſt copula poſita in propoſitione. *Cum ergò neceſſariò ad implendum præceptum Confeſſionis debeant explicari omnes circunſtantiæ variantes ſpeciem*, ex eod. D. Th. in 4. d. 16. q. 3. a. 2. quæſtiun. 5. ad 4. *ſequitur, quodqui copulam non exprimit, non ſatisfacit præcepto &c.*

XXVI.

Quando litigantes habent pro ſe opiniones æquè probabiles poteſt iudex pæcuniam accipere proferenda ſententia in fauorem vnius prè alio.

Opponit D. Tho. 2. 2. q. 60. art. 2. in corp. vbi docet, quod iudicium ad hoc vt ſit rectum debet procedere ex inclinatione Iuſtitiæ; & quodlib. 4.

 art. 15.

Digitized by Google

art. 15. dicit iudicem acceptatorem perſonarum, ſi dat ſententiam pro aliquo, quia diues eſt. *Quid ergò ſi hoc faciat propter pecuniam?*

XXVII.

Si liber ſit alicuius iunioris, & moderni debet opinio cenſeri probabilis, dum non conſtat eſſe reiectam à Sede Apoſtolica, tamquam improbabilem.

Opponit D. Tho. in quæſt. diſput. quæſt. 11 de Magiſtro art. 2. in corp. vbi ait: Doctrina autem importat perfectam actionem ſcientiæ in docente vel Magiſtro, vndè oportet, quod ille, qui docet, vel magiſter eſt habeat ſcientiam, quæ in altero cauſatur explicitè, & perfectè, ſicut in addiſcente per doctrinam. *Cum ergò hæc non ſupponantur in omni iuniore, ſequitur &c.*

XXVIII.

Populus non peccat, etiamſi abſque vlla cauſa non recipiat legem à Principe promulgatam.

Opponit D. Tho. p. 2. q. 96. art. 4. in corp. vbi apertè docet parendum eſſe legibus à Principe latis, ſi iuſtæ ſint: & hoc ex illo Prouerb. 8. Per me reges regnant, & legum conditores iuſta decernunt: *vndè qui contrà faceret vtique peccaret.*

Sequun-

Digitized by Google

Sequuntur Propoſitions damnatæ ab eodem ALEXANDRO VII. die 18. Martii 1666.

XXIX.

IN die ieiunii, qui ſæpiùs modicum quid comedit, & ſi notabilem quantitatem in fine comederit, non frangit ieiunium.

Opponit D. Tho. 2. 2. q. 147. art. 4. ad 4. vbi docet, quod pauperes, qui poſſunt ſufficienter habere, quod eis ſufficiat ad vnam comeſtionem non excuſantur propter paupertatem à ieiuniis Eccleſiæ. *Cum ergò Vnica comeſtio ſit de eſſentia ieiunii franget illud, qui ſæpiùs modicum quid comedit, vt in prop.*

XXX.

Omnes officiales, qui in Republica corporaliter laborant ſunt excuſati ab obligatione ieiunii, nec debent ſe certificare an labor ſit compatibilis cum ieiunio

Opponit D. Tho. 2. 2. q. 147. art. 4. ad 3. vbi docet, quod ad hoc, vt labor excuſet à ieiunio debet eſſe neceſſarius, ità quod alio tempore non poſſit differri, & tantus ſit, vt ſit omninò incompatibilis cum ieiunio; & ſubdit, tunc recurrendum eſſe ad ſuperioris diſpenſationem.

XXXI.

Excuſantur abſolutè à præcepto ieiunii omnes illi, qui iter agunt equitando, vtcumque iter agant, etiamſi iter neceſſarium non ſit, & etiam iter vnius diei conficiant.

Opponit D. Tho. in 4. diſt. 15. q. 3. art. 2. quæſtiunc. 4. ad 1. vbi pariter de itinere ad hoc, vt excuſet à ieiunio docet, quod debet eſſe neceſſarium, & cum tanto labore, vt ſit ſimul cum ieiunio incompatibilis: *quæ cum non habeat iter prout in prop. ſequitur.*

XXXII.

Non eſt euidens, quod conſuetudo non comedendi oua, & lacticinia in Quadrageſima obliget.

Opp. D. Tho. 2. 2. q. 147. art. 8. in corp. vbi ex eadem ratione dicit prohiberi ab Eccleſia oua, & lacticinia, ac carnes.

XXXIII.

Reſtitutio fructuum ob omiſſionem horarum ſupleri poteſt per quaſcumque eleemoſynas, quas anteà beneficiarius de fructibus ſui beneficii fecerit.

Opp. D. Tho. 2. 2. q. 62. art 8. ad 3. vbi docet, quod inter conditiones bonæ reſtitutionis vna eſt debitum tempus. *Cum ergò tunc ſolum incipiat debitor fieri beneficiatus, quandò omiſit horas, non poteſt per eleemoſinas priùs factas huic debito ſatisfacere.*

In

XXXIV.

In die Palmarum recitans officium Paſchale ſatisfecit præcepto.

Opp. D. Tho. quodlib. 1. q. 7. art. 13. in corp. vbi docet, quod officium ſemper debet dici à Sacerdote, vel Clerico beneficiato ſecundum conſuetudinem ſuæ Eccleſiæ. *Cum ergò nulla ſit Eccleſia, quæ in die Palmarum dicat officium Paſchale ſequitur, quod qui hoc recitat prout in prop. non ſatisfacit &c.*

XXXV.

Vnico officio poteſt quis ſatisfacere duplici Præcepto pro die præſenti, & craſtino.

Opp. D. Tho. opuſc. 65. de horis Canon. cap. 1. vbi ait: ſeptem horas debet Sacerdos quolibet die Domino reddere horis competentibus vt dicitur cap. Præsbyter manè; & extra: de celebr. Miſſ. c. Præsbyt.

XXXVI.

Regulares poſſunt in foro Conſcientiæ vti priuilegiis ſuis, quæ ſunt expreſsè reuocata per Concilium Tridentinum.

Opp. D. Tho. p. 2. q. 96. art. 5. ad 3. vbi docet, quod Princeps, qui eſt ſuprà legem, poteſt legem mutare, & in ea diſpenſare. *Cum ergò priuilegia ſint leges particulares fauorabiles, & Concilium ſit ſu-*

ſit ſuprà legem potuit ea mutare, & auferre; vndè &c.

XXXVII.

Indulgentiæ conceſſæ regularibus, & reuocatæ à Paulo V. hodie ſunt reualidatæ.

Opp. D. Tho. in 4. diſt.20. art.4. quæſtiunc. 1. in corp. vbi explicata radice Indulgentiarum oſtendit ad ſolum Epiſcopum, vtpotè ſponſum Eccleſiæ, ſpectare indulgentias concedere. *Cum ergò illi, qui poteſt facere legem poſſit eam mutare, & Indulgentiæ reuocatæ à Paulo V. à nullo alio Pontifice ſint reualidatæ ſequitur falſitas prop. &c.*

XXXVIII.

Mandatum Tridentini factum Sacerdoti ſacrificanti ex neceſſitate cum peccato mortali confitendi quam primum eſt conſilium, non præceptum.

Opp. D.Tho in 4 diſt.17. q.3. art.1. quæſtiunc.4. in corp. vbi docet, eſſe præceptum diuinum obligans Sacerdotem ad ſe confitendum, ſi habeat conſcientiam peccati mortalis, & adſit copia Confeſſarii, antequam ad Eucharistiam accedat. *Cum ergò Concilium eadem neceſſitate obliget Sacerdotem ad ſe confitendum quam primum prout in prop. hoc non erit Conſilium, ſed præceptum.*

Illa

XXXIX.

Illa particula, quam primum, intelligitur, cum Sacerdos ſuo tempore confitebitur.

Opp. D. Tho. in 4. diſt. 17. q. 3. art 1. quæſtiun. 3. in corp. vbi exponit obligationem cuiuſcumque ad ſe confitendum, quandò ſentit ſe eſſe in peccato mortali, vt medicina pœnitentiæ eius infirmitati applicetur. *Cum ergò per præceptum Tridentini inſit maior obligatio Sacerdoti, qui acceſſit ad Altare &c. quam alteri, ſequitur quod ly quam primum debet intelligi ſtatim, ac datur illi copia Confoſſarii, & non cum Sacerdos ſuo tempore confitebitur.*

X L.

Eſt probabilis opinio, quæ dicit, eſſe tantum veniale oſculum habitum ob delectationem carnalem, & ſenſibilem, quæ ex oſculo oritur ſecluſo periculo conſenſus vlterioris, & pollutionis.

Opp. D. Tho. 2. 2. q. 154. art. 4. in corp. vbi expreſsè docet, quod licet oſculum ſecundum ſuam ſpeciem non ſit peccatum mortale; hoc tamen poteſt habere ex ſua cauſa; ſi fiat ex libidinoſa delectatione; prout in prop. &c.

Digitized by Google

XLI.

Non eſt obligandus concubinarius ad eiciendam concubineam, ſi hæc nimis vtilis eſſet ad oblectamentum concubinarii, vulgò, Regalo; dum deficiente illo nimis ægrè ageret vitam, & aliæ epulæ tedio magno concubinarium afficerent; & alia famula nimis difficile inueniretur.

Opp. D. Tho. in 2. diſt. 23. q. 1. art. 3. quæſtiun. 3. vbi oſtendit ex præcepto iuris naturæ nullo modo licitam eſſe concubinam tenere.

Et ſi dicatur tunc ampliùs non haberi, vt concubina, ſed vt famula.

Reſp. quod adhùc expelli debet, tum ratione periculi ſaltem mentalis concubitus; tum ratione ſcandali, quod ex eod. D. Tho. 2. 2. q. 43. art. 4. in corp. eſt peccatum mortale, ſi contempta ſalute proximi quis non prætermittat facere, quod ſibi libuerit, vt eſt caſus poſitus in prop.

XLII.

Licitum eſt mutuanti aliquid vltrà ſortem exigere, ſi ſe obliget ad non petendam ſortem vſque ad certum tempus.

Opp. D. Tho. quodlib. 13. de malo art. 4. ad 4. vbi docet; tunc ſolum licere mutuatario exigere aliquid vltrà ſortem, quandò non redditur ſibi pecunia ſtatuto termino. *Cum autem hoc non ſit in prop. ſequitur, &c.*

Annuum

XLIII.

Annuum legatum pro anima relictum non durat plùs, quam per decem annos.

Opp. D. Tho. 2. 2. q. 62. art. 5. ad 5. vbi docet, quod res Eccleſiæ deputata debet eſſe illius in perpetuum; vndè ſi Epiſcopus v. g. hanc diſtraheret ad amicos, & conſanguineos, vt ad ſucceſſores non perueniret peccaret mortaliter, & teneretur ad reſtitutionem. *Cum ergò annuum legatum ſit res Eccleſiæ relicta debet durare in perpetuum; & non tantum per decem annos &c.*

XLIV.

Quoad forum conſcientiæ reo correcto, eiuſque contumacia ceſſante, ceſſant cenſuræ.

Opp. D. Tho. in 4. diſt. 18. q. 2. art. 5. quæſtiun. 1. in corp. & art. 5. quæſtiunc. 1. & in ſuppl. 3. p. q. 24. arti 1. vbi docet eum ſolum poſſe abſoluere aliquem à cenſura, qui eam tulit, vel eius ſucceſſor, vel illum, qui habet plenam iuriſdictionem in eum, qui cenſuram tulit. *Si ergò cenſuræ ceſſarent ex ſe, ceſſante contumacia non eſſet cur reſeruaretur ad iſtos eorum abſolutio.*

X L V.

Libri prohibiti donec expurgentur, poſſunt retineri, vſque dum adhibita diligentia corrigantur.

Opp. D. Tho. in p. ad Timoth. lect. 1. vbi explicans verba: Attendentes ſpiritus erroris, & doctrinis dæmoniorum docet falſos doctores dæmones eſſe, ſeu homines à dæmone poſſeſſos. *Si ergò nunquam licet habitare cum dæmone, ne decipiamur; ità nec retinere libros falſorum doctorum, ne eorum doctrinis inducamur in errorem &c.*

Incipiunt Propoſitiones proſcriptæ ab INNOCENTIO XI. die 2. Martii 1679.

P R I M A.

NOn eſt illicitum in Sacramentis conferendis ſequi opinionem probabilem de valore Sacramenti relicta tutiori, niſi id vetet lex, conuentio, aut periculum gravis damni incurrendi: hinc ſententia probabili tantum vtendum non eſt in collatione Baptiſmi, Ordinis Sacerdotalis, aut Epiſcopalis.

Opp. D. Tho. quodlib. 8. art. 13. in corp. vbi docet, quod facere contrà conſcientiam, eſt malum, & peccaminoſum, dummodò id, quod eſt iuxtà conſcientiam non ſit contrà legem. *Qui autem ſequi-*

Digitized by Google

quitur opinionem probabilem relicta tutiori certè facit contrà conſcientiam: ergò malè præcipuè agendo de valore Sacramentorum, in quo ſpecialiter ſita eſt noſtra ſalus.

I I.

Probabiliter exiſtimo Iudicem poſſe iudicare iuxtà opinionem etiam minùs probabilem.

Opp. D. Tho. 2.2. q.60. art. 2. in corp. vbi docet, ad rectè iudicandum requiri, vt iudicium proferatur ſecundum rectam rationem prudentiæ. Sed recta ratio prudentiæ dictat, vt maius bonum minori bono præferatur: ergò qui hoc non faceret rectè non iudicaret. *Cum ergò iudex ſequens opinionem minus probabilem prudenter non ſe habeat, non rectè iudicat &c.*

I I I.

Generatim, dum probabilitate ſiuè intrinſeca, ſiuè extrinſeca quamtumvis tenui, modò à probabilitatis finibus non exeatur, confiſi aliquid agimus, ſemper prudenter agimus.

Opp. D. Tho. 2. 2. q. 1. art.4. in corp. vbi docet, quod qui opinatiuè procedit, ſemper cum dubitatione, & formidine alterius partis procedit: *Sed confidentia non ſtat cum formidine, multò minùs prudentia: Ergò qui ductus ex levi probabilitate operatur, nec prudenter, nec confidenter operari poteſt; ac per conſequens, &c.*

Digitized by Google

I V.

Ab infidelitate excuſabitur infidelis non credens ductus opinione minùs probabili.

Opp. D. Tho. 2. 2. q. 10. art. 3. ad 2. vbi docet, quod infidelis ex parte ignorantiæ habet aliquam rationem excuſationis, maximè quandò ex malitia non peccat; ſed qui non credit ductus opinione minùs probabili ex malitia peccat; facit enim contrà conſcientiam, quæ dictat adheſionem ad tutiorem partem: *ergò non excuſatur ab infidelitate; ac per conſequens &c.*

V.

An peccet mortaliter, qui actum dilectionis Dei ſemel tantum in vita eliceret, condemnare non audemus.

Opp. D. Tho. 2. 2. q. 26. art. 3. in corp. vbi docet, quod debet homo magis diligere Deum, quam ſe ipſum; *ſed ſe ipſum ſemper diligit: ergò Deum pluſquam ſemel diligere debet; vt diligat eum ſuper omnia, ex toto corde, ex tota mente, ex tota anima. Matth. 22.*

V I.

Probabile eſt, ne ſingulis quidem rigoroſè quinquenniis per ſe obligare præceptum charitatis.

Opp. D. Tho. in Iob cap. 7. lect. 1. explicans illa verba militia eſt vita hominis ſuper terram; vbi docet, quod ſicuti milites dum ſunt in militia armis vigilant, ne ab hoſtibus imparati inueniantur; ſic cum in nobis ſemper inſurgant motus rationi oppo-

ſiti,

ſiti, ſemper actibus charitatis vigilare debemus, vt parati inueniamur. *Quomodò autem hoc faciet ille, qui ſolum de quinquennio in quinquennium actum charitatis eliciet? &c.*

V I I.

Tunc ſolum obligat, quandò tenemur iuſtificari, & non habemus aliam viam, qua iuſtificari poſſimus.

Opp. D. Tho. p. 2. q. 109. art. 9. in corp. vbi docet, quod licet homo ſanetur quantum ad mentem per gratiam, remanet tamen in ea corruptio, & infectio quantum ad carnem, & ideò ſemper debemus vigilare per orationem, dicendo, & nè nos inducas in tentationem. *Cum autem hoc fieri non poſſit abſque actu charitatis, ſequitur quod non ſufficit eius actum elicere quandò tenemur iuſtificari, ſed etiam quandò ſumus iuſtificati, ne iterum in malo cadamus &c.*

V I I I.

Comedere, & bibere vſque ad ſatietatem ob ſolam voluptatem non eſt peccatum, modò non obſit valetudini; quia licitè poteſt apetitus naturalis ſuis actibus frui.

Opp. D. Tho. p. 2. q. 35. art. 4. in corpore, vbi ait: quod cibus communiter delectabilis eſt ſecundum apetitum ſenſitivum bonis, & malis; ſed voluntas bonorum delectatur in eis ſecundum conuenientiam rationis, quam non curat voluntas malorum. *Cum autem conuenientiam rationis non obſeruet comedens, & bibens prout in prop. ſequitur non licitè operari.*

Opus

I X.

Opus coniugii ob ſolam voluptatem exercitum omni penitùs caret culpa, ac defectu veniali.

Opp. D.Tho. in 3. diſt.12. q.3. art.2.quæſtiunc.1. ad 2. vbi docet, quod exercere opus coniugii ob ſolam delectationem poſthabito omni bono matrimonii ſemper eſt peccatum; & quidem mortale ſi accedatur ad coniugem ac ſi ad aliam mulierem; & talis dicitur vxoris amator ardentior; ſi autem delectatio in alia non quæratur quam in vxore tunc erit ſolum veniale, cum hæc ſit delectatio intrà limites matrimonii.

X.

Non tenemur proximum diligere actu interno, & formali.

Opp. D. Tho. 2. 2. q.26. art. 6. in corp. vbi docet quod dilectio proximi debet eſſe actus charitatis, qui non poteſt eſſe ſinè interiori affectu.

X I.

Præcepto proximum diligendi ſatisfacere poſſumus per ſolos actus externos.

Opp. D. Tho. 2. 2. q.27. art.2. in corp. vbi docet, quod actus charitatis ergà proximum includit quidem beneuolentiam; ſed dilectio, ſeu amor addit vnionem affectus.

Vix

Digitized by Google

XII.

Vix in ſæcularibus inuenies, etiam Regibus ſuperfluum ſtatui: & ità vix aliquis tenetur ad eleemoſinam, quandò tenetur ex ſuperfluo ſtatui.

Opp. D. Tho. 2. 2. q. 32. art. 5. ad 3. vbi docet, quod in non danda eleemoſina poteſt eſſe peccatum ex parte dantis, cum habet ſuperflua, quæ ſecundum ſtatum præſentem non ſunt neceſſaria, prout probabiliter exiſtimari poteſt: nec oportet, quod conſideret omnes caſus, qui poſſunt contingere in futurum; & hoc enim eſſet de craſtino cogitare, quod dominus prohibet Matth. 6. ſed debet diiudicare ſuperfluum, & neceſſarium ſecundum ea, quæ probabiliter occurrunt. *En quomodò in omni ſtatu reperies ſuperflua.*

XIII.

Si cum debita moderatione facias potes abſque peccato mortali de vita alicuius triſtari, & de illius morte naturali gaudere, illam inefficaci affectu appetere, & deſiderare non quidem ex diſplicentia perſonæ, ſed ob aliquod temporale emolumentum.

Opp. D. Tho. p. 2. q. 24. art. 4. in corp. vbi docet, quod triſtari de bono alterius eſt peccatum: *ergò gaudere de malo alterius pariter erit peccatum; cum vtrinque ſit deffectus charitatis.*

Et 2. 2. q. 44. art. 7. in corp. docet quod qui diligit proximum propter ſuam vtilitatem peccat, quia non diligit proximum, ſed ſe ipſum; *ergò qui gaudet de morte proximi propter ſuam vtilitatem magis debet peccare; quia per hoc omninò excludit dilectionem erga proximum.*

Lici-

Digitized by Google

XIV.

Licitum eſt abſoluto deſiderio cupere mortem patris, non quidem vt malum Patris, ſed vt bonum cupientis, quia nimirum ei obuentura eſt pinguis hæreditas.

Opponit D. Tho. 2. 2. q. 73. art. 8. in corp. vbi probat, & explicat grauitatem peccati illius, qui affectando alterius damnum operatur.

Nec obeſt ſi dicatur, quod mors Patris in caſu prop. ſolum deſideratur per accidens, per ſe autem hæreditas.

Nam ex eod. D. Tho. in 3. diſt. 34. quæſt. 1. art. 3. ad 2. in nullo voluntas hoc modo deficit, vt ſaltem in aliqua bona non conuertatur; quia malum, ſi perfectum ſit, ſe ipſum deſtruit.

XV.

Licitum eſt filio gaudere de Patricidio parentis à ſe in ebrietate perpetrato propter ingentes diuitias, quas indè eſt hæreditate conſequutus.

Opp. D. Tho. p. 2. q. 32. art. 8. in corp. & ad p. vbi docet, & explicat quomodò in virtutibus non detur contrarium, benè tamen in vitiis; & ideò ſi dentur duæ delectationes, quorum vna ſit contraria alteri vtraque erit vitioſa; quia bonum ex integra cauſa malum ex quocumque defectu. *Cum ergò hæ duæ delectationes ſint in caſu prop. de hæreditate, & de morte patris, ſintque adinuicem contrariæ, ſequitur, quod vtraque delectatio ſit vitioſa, &c.*

Fides

X V I.

Fides non cenſetur cadere ſub præceptum ſpeciale, & ſecundum ſe.

Opp. D. Tho. 2. 2. q. 2. art. 5. in corp. vbi docet; quod tenetur explicitè aliqua credere, & tenetur habere fidem, qui vult ſalutem conſequi.

X V I I.

Satis eſt actum fidei ſemel in vita elicere.

Opp. D. Tho. in q. diſp. q. 14. de fide art. 11. vbi probat, & docet quædam eſſe ab omnibus credenda explicitè, & omni tempore.

X V I I I.

Si à poteſtate publica quis interrogetur fidem ingenuè confiteri vt Dei, & fidei glorioſum conſulo; tacere, vt peccaminoſum per ſe non damno.

Opp. D. Tho. 2. 2. q. 3. art. 2. in corp. vbi explicitè docet, quod ſi quis explicitè interrogetur de fide prout in prop. tenetur de neceſſitate ſalutis eam confiteri.

X I X.

Voluntas non poteſt efficere, vt aſſenſus fidei in ſe ipſo ſit magis firmus, quam mereatur pondus rationum ad aſſenſum impellentium.

Opp. D. Tho. ſuper ep. D. Pauli ad heb. 11. lec. 2. vbi ait: alia ſunt, quæ ſpecialiter Chriſtus de Deo Patre, Filio, & Spiritu Sancto docuit, quantum ad vnitatem eſſentiæ, & æternitatem perſonarum, & hoc tantum eſt creditum. *Cum ergò iſta non ſint*

ſcita

ſcita oportet, quod per aſſenſum fidei voluntas de illis certificetur, & ideò ſit magis firma per ipſum, quam per rationem.

X X.

Hinc poteſt aliquis prudenter repudiare aſſenſum, quem habet ſupernaturalem.

Opp. D. Tho. 2.2. quæſt.2. art.9. ad 2. vbi docet, quod aſſenſus voluntatis in concluſionem ſcitam non eſt liber, ſed coactus; quia ſciens cogitur ad aſſentiendum per efficaciam demonſtrationis. *Cum autem aſſenſus fidei ſit liber, erit opus prudentiæ huic adercre vt ex eo meritum habeatur: & ideò imprudenter quis repudiabit aſſenſum fidei ſupernaturalem, in quo voluntas perfectè immobilis eſt.*

X X I.

Aſſenſus fidei ſupernaturalis, & vtilis ad ſalutem ſtat cum notitia ſolum probabili reuelationis, immò cum formidine, qua quis formidat, ne non ſit loquutus Deus.

Opp. D. Tho. 2.2. q.1 art. 4. in corp. vbi docet, quod fides non poteſt eſſe cum formidine; formido enim opinionem facit, certitudo autem fidem. *Cum autem in probabilitate ſit ſemper formido alterius partis non poterit iſta eſſe cum fide.*

X X I I.

Non niſi fides vnius Dei neceſſaria videtur neceſſitate medii, non autem explicita remuneratoris.

Opp. D. Tho. ſuper ep. ad heb. 11. lec. 2. vbi docet,

cet, appropinquanti ad Deum neceſſe eſſe explicitè credere Deum eſſe, & remuneratorem; & inſuper poſt peccatum Adæ adhuc eſſe mediatorem.

XXIII.

Fides latè dicta ex teſtimonio creaturarum, ſimiliuè motiuo ad iuſtificationem ſufficit.

Opp. D. Tho. p. 2. q. 107. art. 2. in corp. vbi docet, quod in quo lex vetus deficiebat perfectum eſt per legem nouam, quæ in ſola Chriſti fide conſiſtit. *Igitur in hac non ſufficit fides latè dicta prout in prop. &c.*

XXIV.

Vocare Deum in teſtem mendacii leuis non eſt tanta irreuerentia, propter quam velit, aut poſſit damnare hominem.

Opp. D. Tho. 2. 2. q. 89. art. 3. ad 3. vbi docet, periculum magnum eſſe in iuramento tum propter magnitudinem Dei, cuius teſtimonium inuocatur; tum propter labilitatem linguæ: & ideò ad ipſum requiruntur huiuſmodi, ſcilicet, iuſtitia, iudicium, & veritas. *Cum ergò vocare Deum in teſtem mendacii ſit verum iuramentum, illi deficientibus ſupradictis, quomodò non erit periurium, ac per conſequens peccatum mortale?*

XXV.

Cum cauſa licitum eſt iurare ſinè animo iurandi, ſiuè res ſit leuis, ſiuè grauis.

Opp. D. Tho. 2.2. q. 89. art. 7. ad 1. vbi ait: iuramentum adhiberi non debet, niſi in re, de qua aliquis

aliquis firmiter certus eſt, & ideò ſi iuramentum adhibeatur propter reuerentiam diuini teſtimonii quod inuocatur, obligatur homo, vt faciat eſſe verum id, quod iurauit ſecundum ſuam poſſibilitatem.

XXVI.

Si quis ſolus, vel coram aliis, ſiuè interrogatus, ſiuè propria ſponte, ſiuè recreationis cauſa, ſiuè quocumque alio fine iuret ſe non feciſſe aliquod, quod re vera fecit, intelligendo intrà ſe aliquid aliud, quod non fecit, vel aliam viam ab ea, in qua fecit, vel quoduis aliud additum verum, re vera nonmentitur, nec eſt periurus.

Opp. D. Tho. 2. 2. q. 89. art. 4. ad 2. vbi ait: in hoc ipſo, quod aliquis aſſumit Deum in teſtem per modum iuramenti profitetur eum maiorem, quod pertinet ad Dei reuerentiam, & ſic aliquid offert Deo, ſcilicet reuerentiam, & honorem. *Ergò ab oppoſito iurans ſine animo iurandi quouis modo inhonorat nomen Dei illo abutendo; vndè erit periurus.*

Quod etiam ſit mendax iurando prout in prop. peobatur ex eodem D. Tho. in diſp. q. 9. de veritate art. 8. in corp. vbi ait: ſi ſorte exiſtente albo intelligatur albus eſſe, verus eſt intellectus; ſi autem poſteà intelligit eum nigrum Sorte albo remanente; vel è conuerſo Sorte mutato in Nigredinem adhuc albus intelligatur; vel eo mutato in pallorem intelligatur eſſe rubeus, erit falſitas in intellectu: *Ergò mendacium: mentiri enim eſt contrà mentem ire.*

Cau-

XXVII.

Cauſa iuſta vtendi his amphibologiis eſt, quoties id neceſſarium, aut vtile eſt ad ſalutem corporis, honorem, res familiares tuendas, vel ad quemlibet alium virtutis actum;ità vt veritatis occultatio cenſeatur expediens, eſt ſtudioſa.

Opp. D. Tho. 2. 2. q. 54. art. 3. ad 2. vbi ait, quod non oportet ad finem bonum falſis viis peruenire, & ſimulatis, ſed veris: vndè aſtutia, etiamſi ordinetur ab bonum finem eſt peccatum.

XXVIII.

Qui mediante comendatione, vel munere ad Magiſtratum, vel officium publicum promotus eſt poterit cum reſtrictione mentali præſtare iuramentum, quod de mandato Regis à ſimilibus ſolet exigi, non habito reſpectu ad intentionem exigentis; quia non tenetur fateri crimen occultum.

Opp. D. Tho. 2. 2. q. 89. art. 7. ad 3. vbi de iuramento coactè facto ait: alia autem eſt obligatio, qua quis Deo obligatur, vt impleat, quod per nomen eius promiſit, & talis obligatio non tollitur in foro conſcientiæ; quia magis debet damnum temporale ſuſtinere, quam iuramentum violare. *Cum ergò promotus prout in prop ſponte iuret, eò potiori iure tenetur ad iuramentum.*

XXIX.

Vrgens metus grauis eſt cauſa iuſta Sacramentorum adminiſtrationem ſimulandi.

Opp. D. Tho. 2. 2. q. 125. art. 3. in corp. vbi expreſsè

preſsè ait: Si aliquis propter timorem, quo refugit periculum mortis, vel quodcumque aliud temporale malum, ſic diſpoſitus eſt, vt faciat aliquid prohibitum, vel prætermittat aliquid, quod eſt præceptum in lege diuina, talis timor eſt peccatum mortale.

X X X.

Fas eſt viro honorato occidere inuaſorem, qui nititur calumnium inferre, ſi aliter hæc ignominia vitari nequit: Idem quoque dicendum, ſi quis impingat alapam, vel fuſtè percutiat, & poſt impactam alapam, vel ictum fuſtis fugiat.

Opp. D. Tho. in ep. ad Rom. 12. ſuper illa verba: noli vinci à malo: vbi ait: Si ergo bonus aliquis homo propter malum, quod ſibi ab aliquo infertur, trahatur ad hoc, quod ei malefaciat, bonus à malo vincitur. Dicit ergò, noli vinci à malo, ſcilicet eius, qui te perſequitur, vt tu eum perſequaris.

X X X I.

Regulariter occidere poſſum furem pro conſeruatione vnius aurei.

Opp. D. Tho. in q. diſp. q. 12. art. 5. in corp. circà finem, vbi ait: ſecundum, quod ira procedit in actum, ſic cauſantur rixæ, in quibus includuntur omnia conſequentia, ſicut vulnerationes, homicidia, & huiuſmod.. *Quomodò ergò excuſabitur à magno peccato iræ, qui propter vnum aureum propria auctoritate hominem occidit?*

Non

XXXII.

Non ſolum licitum eſt defendere defenſionem occiſiua, quæ actu poſſidemus, ſed etiam ad quæ ius inchoatum habemus, & quæ nos poſſeſſuros ſperamus.

Opp. D. Tho. 2. 2. q. 65. art. 1. ad 2. vbi ait: priuare aliquem vita in nullo caſu pertinet ad aliquem, niſi ad publicam poteſtatem; cui tcommittitur procuratio boni communis. *Quomodò ergò poterit quis occidere aliquem pro deffenſione rerum, ad quæ habetur ſolum ius incohatum?*

XXXIII.

Licitum eſt tam hæredi, quam legatario contrà iniuſtè impedientem, ne vel hæreditas adeatur, vel legata ſoluantur ſe taliter deffendere; ſicuti & ius habenti in Cathedram, vel præbendam contrà eorum poſſeſſionem iniuſtè impedientem.

Opp. D. Tho. in q. diſp. q. 12. art. 2. in corp. vbi loquendo de ira per vitium ait: non eſt tamen verè, & ſimpliciter iuſta, quia non ſeruatur debitus ordo iuſtitiæ: quia fortè aliquis quærit maiorem vindictam, quàm debeat; vel quia quærit ſe vindicare ſua auctoritate, cum hoc ei non liceat. *Cum ergò hoc faciant quærentes ſe vindicare prout in prop. ſequitur duci ab ira per vitium, & ideò peccare.*

Licet

XXXIV.

Licet procurare abortum antè animationem fœtus, ne puella deprehenſa grauida occidatur, aut infametur.

Opp. D. Tho. in 4. diſt. 31. in expoſ. text. vbi loquendo de hoc delicto ait: hoc peccatum quamuis ſit graue, & inter malefica computandum, & contrà naturam, quia etiam beſtiæ fœtus expectant; tamen eſt minus, quam homicidium, quia adhuc poterat alio modo impediri conceptus; nec eſt iudicandus talis irregularis, niſi iam formato puerperio abortum procuret. *En quomodò in hoc adeſt crimen.*

Ad excludendum autem motiuum poſitum in propoſitione D. Tho. 2. 2. q. 126. art. 4. in corp. docet, quod ſunt magis timenda mala animæ, quam mala corporis; *& ideò non poteſt abſque peccato incurri malum animæ, ad mala corporis fugienda.*

XXXV.

Videtur probabile omnem fœtum, quamdiù in vtero eſt carere anima rationali: & tunc primum incipere eandem habere, cum paritur; ac conſequenter dicendum erit in nullo abortu homicidium committi.

Opp. D. Tho. in 3. diſt. 3. q. 5. art. 2. in corp. docens cum Phil. in lib. de anim. quod fœtus maſculi completur, & animatur poſt quadrageſimum diem; & cum

Digitized by Google

& cum Auguſt. in ep. ad Hieron. poſt 46. In fœminis verò poſt nonageſimum. *Ex quo patet &c.*

XXXVI.

Permiſſum eſt furari, non ſolum in extrema neceſſitate, ſed etiam in graui.

Opp. D.Tho. 2. 2. q.66. art.7. ad 1. vbi exponens Decretal. extra. de furtis, vbi dicitur: ſi quis per neceſſitatem famis, aut nuditatis furatus fuerit cibaria, veſtem, vel pecus pœniteat hebdomadas tres: ait: decretalis illa loquitur in caſu, in quo non eſt vrgens neceſſitas, *Vrgens autem neceſſitas eſt neceſſitas extrema.*

XXXVII.

Famuli, & famulæ domeſticæ poſſunt occultè heris ſuis ſurripere ad compenſandam operam ſuam, quam maiorem iudicant ſalario, quod recipiunt.

Opp. D. Tho. in 3. diſt.18. q.1. art.2. in corp. circà finem, vbi loquendo de proportione agentis ad mercedem docet, quod non requiritur ſecundum æqualitatem quantitatis, hæc enim eſſet iuſtitia commutatiua, quæ conſiſtit in emptionibus, & venditionibus; ſed ſecundum æqualitatem proportionis, quæ requiritur in iuſtitia diſtributiua. *Hanc autem aequalitatem proportionis explicat* D. Tho. 2. 2. q.57. art.2. in corp. dicens: alio modo aliquid eſt adequatum, vel comenſuratum alteri ex condicto, ſeu ex communi placito, quandò ſcilicet aliquis reputat ſe contentum, ſi tantum recipiat. *Cum autem hoc faciant famuli, & famulæ convenientes cum hæres de ſtipendio non eſt cur velint*

 occul-

occultè ſurripere ad ſe compenſandum . Occultè enim ſurripere quod eſt in alterius poteſtate ſpectat ad furtum, vt docet D. Tho. 2. 2. quæſt. *66*. art. 3. in corp.

XXXVIII.

Non tenetur quis ſub pœna peccati mortalis reſtituere quod ablatum eſt per pauca furta, quantumcumque ſit magna ſumma totalis.

Opp. D. Tho. 2. 2. q. 77. art. 1. vbi habet: lex diuina nihil impunitum relinquit, quod ſit virtuti contrarium: vndè ſecundum diuinam legem illicitum reputatur, ſi in emptione, & venditione non ſit æqualitas iuſtitiæ obſeruata: & tenetur ille qui plùs habet recompenſare ei, qui damnificatus eſt, ſi ſit notabile damnum.

XXXIX.

Qui alium mouet, aut inducit ad inferendum graue damnum tertio, non tenetur ad reſtitutionem iſtius damni illati.

Opp. D. Tho. 2. 2. q. *62*. art. 7. in corp. vbi docet, quod quicumque eſt cauſa iniuſtæ acceptionis tenetur ad reſtitutionem; quod quidem contingit directè quandò inducit alium mouendo &c.

XL.

Contractus Mohatra, vulgariter ſtocco, licitus eſt, etiam reſpectu eiuſdem, & cum contractu retrouenditionis preuiè inito, cum intentione lucri.

Opp. D. Tho. 2. 2. q 77. art. 1, in corp. vbi ait: quod

quod fraudem adhibere ad hoc, quod aliquid iuſto prætio vendatur, omninò peccatum eſt, inquantum aliquis decipit proximum in damnum ipſius. ***Hoc autem contingit in contractu Mohatra, ſeu Stocco.***

X L I.

Cum Numerata pecunia prætioſior ſit numeranda, & nullus ſit, qui non maioris faciat pecuniam præſentem, quam futuram, poteſt creditor aliquid vltrà ſortem a mutuario exigere, & eo titulo ab vſura excuſari.

Opp. D. Tho. 2. 2. q. 78. art. 1. in corp. vbi docet, quod pecunia principaliter eſt inuenta ad commutationes faciendas: & ità proprius, & principalis vſus eſt ipſius conſumptio, ſiuè diſtractio ſecundum quod in commutatione expenditur: & propter hoc ſecundum ſe eſt illicitum pro vſu pecuniæ mutuatæ accipere prætium, quod dicitur Vſura.

Et art. 2. ad 4. ait: pecunia non poteſt vendi pro pecunia ampliori, quam ſit quantitas pecuniæ mutuatæ, quæ reſtituenda eſt.

X L I I.

Vſura non eſt, dum vltrà ſortem aliquid exigitur tamquam ex beneuolentia, & gratitudine debitum: ſed ſolum ſi exigatur tamquam ex iuſtitia debitum.

Opp. D. Tho. 2. 2. q. 78. art. 2 in corp. vbi docet, quod peccat contrà iuſt tiam quilibet ſi pro pecunia mutuata accipit aliquid ex pacto tacito, vel expreſſo, quocumque titulo accipiat.

Digitized by Google

Subdit tamen; Si verò accipiat aliquid huiuſmodi non quaſi exigens, nec quaſi ex aliqua obligatione tacita, vel expreſſa, ſed ſicut gratuitum donum non peccat; quia etiam antequam pecuniam mutuaſſet licitè poterat aliquod donum gratis accipere; nec peioris conditionis efficitur per hoc, quod mutuauit.

XLIII.

Quid ni nonniſi veniale ſit detrahentis auctoritatem magnam ſibi noxam falſo crimine elidere?

Opp. D. Tho. 2. 2. q. 79. art. 1. ad 2. vbi dicit, quod declinare à malo tunc eſt meritorium, quandò importat motum voluntatis repudiantis malum; quandò autem nō facit aliquod malum, non meretur palmam, ſed ſolam vitat pœnam; & tunc ponitur pars iuſtitiæ. *Cum ergò quis elidit noxam ſibi factā falſum crimen imputando non declinet à malo cum maximo proximi damno, non eſt cur graue peccatum non committat, etiam contrà iuſtitiam.*

XLIV.

Probabile eſt non peccare mortaliter, qui imponit falſum crimen alicui, vt ſuam iuſtitiam, & honorem defendat. Et ſi hoc non ſit probabile vix vlla erit opinio probabilis in Theologia.

Opp. D. Tho 2. 2. q. 68. art. 3. in corp. vbi docet, quod ob bonum commune non licet imponere alicui falſum crimen, quod eſt calumniari. *Si ergò hoc non licebit pro bono communi, quomodò licebit pro bono particulari? Et hæc eſt communis ſenten-*

rentia omnium D.D. *Suprà quod ergò fundabitur probabilitas d.prop.* Nam D. Tho. quodlib.3. art. 10. in corp. ait: qui aſſentit opinioni alicuius contrà id, quod publicè tenetur (*& loquitur de doctrina Morum*) non poteſt ab erroris vitio excuſari.

X L V.

Dare temporale pro ſpirituali non eſt Simonia, quandò temporale non datur tamquam prætium, ſed dumtaxat tamquam motivum conferendi, vel efficiendi ſpirituale; vel etiam quandò temporale ſit ſolum gratuita compenſatio pro ſpirituali, aut è contrà.

Opp. D. Tho. 2. 2. q. 100. art. 4. ad 3. vbi ait: ſi ab eo, cui beneficium confert Epiſcopus requirat aliquid ſibi exiberi de fructibus illius beneficii, idem eſt, ac ſi aliquod munus ab eo exigeret, & non caret vitio Simoniæ.

Et art. 5. ad 2. ſubdit: ſi tamen aliqnis dat beneficium Eccleſiaſticum alicui hoc pacto, vel interventione, vt exindè ſuis conſanguineis prouideat, eſt manifeſta ſimonia. *Quæ videntur eſſe in propoſitione.*

X L V I.

Et id quoque locum habet, etiamſi temporale ſit principale motivum dandi ſpirituale, immò etiamſi ſit finis ipſius rei ſpiritualis, ſic, vt illud pluris æſtimetur, quam res ſpiritualis.

Opp. D. Tho. 2. 2. q. 100. art. 4. ad 1. vbi ait: quod omnia temporalia annectuntur ſpiritualibus,

Digitized by Google

ſicuti fini; & ideò ipſa quidem temporalia vendere licet; ſed ordo eorum ad ſpiritualia ſub venditione cadere non debet.

XLVII.

Cum dicit Concil. Tridentinum eos alienis peccatis communicantes mortaliter peccare, qui niſi quos digniores, & Eccleſiæ magis vtiles ipſi iudicauerint ad Eccleſias promouent. Concilium vel primò videtur per hoc, digniores, non aliud ſignificare velle, niſi dignitatem eligendorum ſumpto comparatiuo pro poſitiuo; vel ſecundò loquutione minùs propria ponit digniores, vt excludat indignos, non verò dignos; vel tandem loquitur tertiò, quandò ſit concurſus.

Opp. D. Tho. 2. 2. quæſt. 63. art. 2. ad 3. vbi ait: quantum ad conſcientiam eligentis neceſsè eſt eligere meliorem, vel ſimpliciter, vel in comparatione ad bonum commune.

XLVIII.

Tam clarum videtur, fornicationem ſecundum ſe nullam inuoluere malitiam, & ſolum eſſe malam quia interdicta, vt contrarium omninò rationi diſſonum videatur.

Opp. D. Tho. 2. 2. q. 154. art. 2. in corp. vbi docet fornicationem de ſe eſſe peccatum mortale, quia obſtat bono prolis.

Moli-

Digitized by Google

X L I X.

Molities iure naturæ prohibita non eſt; vndè ſi Deus eam non interdixiſſet ſæpè eſſet bona, & aliquandò obligatoria ſub mortali.

Opp. D. Tho. 2. 2. q. 154. art. 10. in corp. vbi computat molitiem inter peccata contrà naturam dicendo: vno quidem modo, ſi abſque omni concubitu cauſa delectationis venereæ pollutio procuretur, quod pertinet ad peccatum immunditiæ, quam quidam mollitiem vocant. *Cum autem vitium contrà naturam de ſe ſit peccatum, ſequitur &c.*

L.

Copula cum coniugata conſentiente marito non eſt adulterium, adeòque ſufficit in Confeſſione dicere, ſe eſſe fornicatum.

Opp. D. Tho. 2. 2. q. 154. art. 8. in corp. vbi docet, quod acceſſus ad alienum torum ſemper eſt adulterium.

L I.

Famulus, qui ſubmiſſis humeris ſcienter adiuvat herum ſuum aſcendere per feneſtras ad ſtuprandam virginem, & multoties ei ſubſeruit deferendo ſcalam, aperiendo ianuam, aut quid ſimile cooperando non peccat mortaliter, ſi id faciat metu notabilis detrimenti, puta ne à domino malè tractetur, ne toruis oculis aſpiciatur, ne domo expellatur.

Opp. D. Tho. 2. 2. q. 104. art. 4. ad 3. & art. 5. ad 3.

Digitized by Google

ad 3. vbi ſemper docet; quod obedientia ſemper debet eſſe conformis præceptis Dei, & ſi ſit contrà Deum erit indiſcreta.

L I I.

Præceptum ſeruandi feſta non obligat ſub mortali ſepoſito ſcandalo, ſi abſit contemptus.

Opp. D. Tho. 2. 2. q. 122. art. 4. ad 1. vbi docet, quod habere aliquod tempus deputatum ad vacandum diuinis cadit ſub præcepto mortali. *Cum ergò Eccleſia determinauerit hoc tempus, & voluerit eſſe feſta, non poteſt quis ab hoc præcepto ſe ſubtrahere abſque peccato mortali.*

L I I I.

Satisfacit præcepto Eccleſiæ de audiendo ſacro, qui duas eius partes, immò quatuor ſimul à diuerſis celebrantibus audit.

Opp. D. Tho. 3. p. q. 82. art. 2. ad 3. vbi ait, quod Sacramentum Euchariſtiæ eſt Sacramentum vnitatis. *Priùs autem* in eadem q. art. 1. ad 2. docuerat omnem fidelem eſſe ſpiritualem Sacerdotem, non per Sacramentalem poteſtatem, ſed per ſpirituale Sacerdotium.

Ex quibus ſic arguo: fidelis audiendo ſacrum, vt ſpiritualis Sacerdos debet offerre Spiritualem oſtiam, eo prorsùs modo, quo verus Sacerdos offert realem oſtiam: ſed realis oſtia debet offerri ab vnico Sacerdote, vt ſit Sacramentum vnitatis; ergo etiam debet audiri ab vnico Sacerdote, vt ſpiritualis oſtia in vnitate Sacramenti offeratur.

Qui

L I V.

Qui non poteſt recitare matutinum, & laudes, poteſt autem reliquas horas ad nihil tenetur, quia maior pars trahit ad ſe minorem.

Opp. D. Tho. p. 2. q. 102. art. 3. ad 12. vbi docet, quod in antiquis ſacrificiis quandò quis non poterat offerre vnum, debebat aliud offerre ſecundum ſuum poſſe: *Cum autem Sacerdos teneatur offerre ſacrificium laudis, ſequitur, quod ſi non poteſt in totum debet pro illa parte, quæ poteſt &c.*

L V.

Præcepto Communionis annuæ ſatisfit per ſacrilegam Dominì manducationem.

Opp. D. Tho. in 4. diſt. 12. q. 3. art. 2. quæſtiun. 1. in corp. vbi docet, quod finis huius præcepti de communione in Paſchate eſt, nè ſpiritualis vita in nobis euaneſcat. *Cum ergo ſacrilegè communicans non renouetur in ſpirituali vita, ſed potiùs damnificetur, ſequitur quod non ſatisfacit fini præcepti, ac per conſequens, neque præcepto ipſo.*

L V I.

Frequens confeſſio, & communio etiam in his, qui gentiliter vivunt, eſt nota prædeſtinationis

Opp. D. Tho. in 4. diſt. 12. q. 3. art. 2. quæſtiunc. 3. in corp. ad 3. quæſt. vbi docet quod meliùs eſt ſummere Euchariſtiam, quam non ſummère, quia ſummere videtur eſſe charitatis, in qua radix meriti conſiſtit; *Sed in his, qui gentiliter vivunt non*

eſt charitas : ergo non erit meliùs ipſis ſummere; ac per conſequens ſi ſummant magis ad damnationem &c.

L V I I.

Probabile eſt ſufficere Attritionem modo honeſtam.

Opp. D. Tho. 3. p. q. 90. art. 2. in corp. vbi docet, quod amicitia requirit æqualitatem proportionis. *Cum ergo attritio modo honeſta ſit naturalis non poteſt eſſe ſufficiens ad amicitiam Dei acquirendam, quæ ſupernaturalis eſt.*

L V I I I.

Non tenemur Confeſſario interroganti fateri peccati alicuius conſuetudinem.

Opp. D. Tho. p. 2. q. 105. art. 2. ad 9. vbi ait, quod non ſolum propter grauitatem culpæ, ſed etiam propter alias cauſas grauis pœna infligitur. Et ſubdit: Secundò propter peccati conſuetudinem, quia à peccatis conſuetis non faciliter homines abſtrahuntur, niſi per graues pœnas. *Cum ergo conſuetudini peccati maior pœna debeatur, quomodò poterit ab ipſa abſolui peccator ſi interogatus hanc non confiteatur?*

L I X.

Licet Sacramentaliter abſoluere dimidiatè tantum confeſſos ratione magni concurſus pœnitentium, qualis v. g. poteſt contingere in die magnæ alicuius feſtiuitatis, aut Indulgentiæ.

Opp.

Opp. D. Tho. op. 64. c. 4. & 4. ſent. diſt. 17. q. 3. art. 4. quæſtiunc. 2. ad 4. vbi ſemper docet quod confeſſio debet eſſe integra, nec vnquam poſſe dimidiari.

L X.

Pœnitenti habenti conſuetudinem peccandi contrà legem Dei, Naturæ, aut Eccleſiæ, etſi emendationis ſpes nulla appareat, nec eſt neganda, nec differenda abſolutio: dummodò ore proferat ſe dolere, & proponere emendationem.

Opp. D. Tho 3. p. q. 90. art. 3. ad 1. vbi ait: quod contritio ſecundum eſſentiam quidem eſt in corde, & pertinet ad interiorem pœnitentiam: virtualiter autem pertinet ad exteriorem pœnitentiam, inquantum, ſcilicet, implicat propoſitum confitendi, & ſatisfaciendi. *Cum ergo dum non apparet ſpes emendationis non ſit hæc pœnitentia exterior, non poteſt dici pœnitens contritus, ac per conſequens &c.*

L X I.

Poteſt aliquandò abſolui, qui in proxima occaſione peccandi verſatur, quam poteſt, & non vult omittere; quin immò directè, & ex propoſito quærit, aut ei ſe ingerit.

Opp. D. Tho. 4. contrà Gentes cap. 2. vbi inter cauſas peccati ponit exteriores occaſiones ad peccandum, vt locus, ſocietas mala, & huiuſmodi, & tales cauſæ in hac vita per ſatisfactionem tolluntur. *Cum ergo ad ſatisfactionem præſupponantur cæteræ partes pœnitentiæ, non erit capax earum, qui*

non vult has cauſas tollere; ac per conſequens non poterit abſolui &c.

LXII.

Proxima occaſio peccandi non eſt fugienda, quandò cauſa aliqua vtilis, aut honorata non fugiendi occurrit.

Opp. D. Tho. 2. 2. q. 145. art. 3. ad 3. vbi ponit differentiam inter vtile ſimpliciter, & ſecundum quid, aſſerens, quod vtile ſimpliciter debet habere rationem honeſti, & eſſe conforme vltimo fini hominis, quod eſt bonum ſecundum rationem; quamvis poſſit eſſe vtile ſecundum quid reſpectu alicuius finis particularis. *Cum autem vtile ſimpliciter debet præferri vtilitati ſecundum quid, & fugere occaſionem ſit vtile ſimpliciter, vtpotè conforme ad vltimum finem, & ad rectam rationem, quæ dictat fugiendam eſſe cauſam peccati, ſequitur non debere omitti propter vtilitatem particularem, & ſecundum quid &c.*

LXIII.

Licitum eſt quærere directè occaſionem proximam peccandi pro bono ſpirituali, vel corporali noſtro, vel proximi.

Opp. D. Tho. p. 2. q. 155. art. 3. in corp. vbi poſita differentia inter honeſtum, vtile, ac delectabile, docet non debere quæri delectabile, aut vtile, niſi etiam ſit honeſtũ, hoc eſt rectæ rationi conſentaneum. *Cum ergo vtile poſitum in prop. non ſit rationi conſentaneum, vtpotè ponens malum nempè cauſam*

Digitized by Google

am peccati, ſequitur non eſſe honeſtum, ac per conſequens &c.

LXIV.

Abſolutionis capax eſt homo quantumvis laboret ignorantia myſteriorum Fidei, & etiamſi per negligentiam, etiam culpabilem neſciat myſterium Sanctiſſimæ Trinitatis, & Incarnationis Domini Noſtri Ieſu Chriſti.

Opp. D. Tho. 2. 2. q. 2. art. 8. in corp. vbi docet, neceſſarium eſſe poſt tempus gratiæ explicitè credere myſteria Trinitatis, & Incarnationis, ſine quo ſalus eſſe non poteſt.

LXV.

Sufficit illa myſteria ſemel credidiſſe.

Opp. D. Tho. 2. 2. q. 2. art. 5. in corp. vbi docet, quod homo tenetur explicitè credere articulos Fidei, ſicut tenetur habere fidem. *Cum ergo fidem ſemper quis tenetur habere actu, ſequitur quod etiam myſteria ſemper explicitè credere debet &c.*

Digitized by Google

AB ALEXANDRO VIII.

Feria 5. *die* 24. *Auguſti* 1690.

PRIMA.

BOnitas obiectiua conſiſtit in conuenientia obiecti cum natura rationali; formalis verò in conformitate actus cum regula morum. Ad hoc ſufficit, vt actus moralis tendat in finem vltimum interpretatiuè. Hunc homo non tenetur amare neque in principio, neque in decurſu vitæ ſuæ moralis.

In vltima parte huius propoſitionis malum latet. Cui

Opp. D. Tho. p. 2. q. 100. art. 10. ad 2. vbi ait: quod ſub præcepto charitatis continetur, vt diligatur Deus ex toto corde, ad quod pertinet, vt omnia referantur in Deum; & ideò præceptum charitatis implere homo non poteſt, niſi etiam omnia referantur in Deum. *Cum ergo homo adhùc in vita morali teneatur ad præceptum charitatis, ſequitur, quod adhuc teneatur pro diuerſis temporibus Deum amare, vt ſuum vltimum finem, & omnia in eum referre*, & ideò D. Tho. 2. 2. q. 24. art. 8. in corp. ait; quod hæc perfectio eſt communis omnibus charitatem habentibus.

II.

Peccatum Philoſophicum, ſeu morale eſt actus humanus diſconueniens naturæ rationali, & rectè rationi: Theologicum verò, & morale eſt tranſgreſſio libera diuinæ legis. Philoſophicum quamtumvis graue in illo, qui Deum, vel ignorat, vel de Deo actu non cogitat, eſt graue peccatum, ſed non eſt offenſa Dei, neque peccatum mortale diſſoluens amicitiam Dei, neque æterna pœna dignum.

Vt

Vt hæc prop. intelligatur, priùs oportet Adnotare cum D. Tho. p. 2. quæſt. 71. art 6 ad 5. quod à Theologis conſideratur peccatum præcipuè ſecundum quod eſt offenſa contra Deum, à Philoſopho autem morali ſecundum quod contrariatur rationi. *En peccatum Philoſophicum; ſed hæc conſideratio eſt merè abſtractiua; nam de facto non datur peccatum, quod ſit contrà rectam rationem hominis, & nonſit adhùc contrà legem æternam.*

Et ideo S. Doctor p. 2. q. 19. art. 4. in corp, ait: quod autem ratio humana ſit regula voluntatis humanæ, ex qua eius bonitas menſuratur habet ex lege æterna, quæ eſt ratio diuina: *Et concludit:* vndè manifeſtum eſt, quod multò magis dependet bonitas voluntatis à lege æterna, quam à ratione humana. Hinc S. D. q. 16. de malo art. 2. ad 4. ait: ſemper in peccato defectus intellectus, vel rationis, vel voluntatis proportionabiliter ſe comitantur. Hoc poſito

Opp. D. Tho. p. 2. q. 21. art. 1. in corp. vbi ait: in his, quæ aguntur per voluntatem regula proxima eſt ratio humana, regula autem ſuprema eſt lex æterna. Quandòcumque ergò actus hominis procedit in finem ſecundum ordinem rationis, & legis æternæ tunc actus eſt rectus; quandò autem ab hac rectitudine obliquatur, tunc dicitur peccatum.

Nec obuiat ignorantia; quia D.Tho. p 2.q 76. art.2. ad 1. ait: negligentia ſecundum, quod dicitur ignorantia eſt peccatum, *(& ſubdit rationem dicens)* in quantum prætermittitur aliquid, quod debuit dici, fieri, vel concupiſci ad ſcientiam debitam acquirendam.

Nec minùs inaduertentia: nam S. Doc. q. 1. de malo art. 3 ait: hoc ipſum, quod non eſt attendere actu ad talem regulam, in ſe conſideratam non eſt malum,

malum, nec culpa, nec pœna; quia anima non tenetur, nec poteſt attendere ad huiuſmodi regulam ſemper in actu: ſed ex hoc accipit primò rationem culpæ, quod ſinè actuali conſideratione regulæ procedit ad huiuſmodi electionem. Sicut artifex non peccat in eo, quod non ſemper tenet menſuram, ſed ex hoc, quod non tenens menſuram procedit ad incidendum. *En euerſio totalis peccati Philoſophici, cuius auctor ex ſumma elongatione à Deo impeccabilitatem callidè ſtatuere conatur. Caueant ergò &c.*

Digitized by Google

Errata	Correcta in T. IV.	
Si igine	Siligine	pag. 43
Debeant	*debeat*	44
Definita	Definitum	46
indignè	in dignè	55
per culum	periculum	61
facit opinio damnata	faciũt opiniones damnatę	63
Cæterum	Cætera	103
Odioſa	Odioſam	112
Ordinus	*Ordinum*	124
fuit Martinus	fecit Martinus	127
Seeulari	*Secularis*	130
Sin autem pœnitens	*Si autem hoc faceret*	133
Obiectus obiectus	*obiectum* obiectum	162
An ipſis	An in ipſis	164
Negatiuè	Reſp. negatiuè	165
Concubia	*connubia*	194
Imagines ſacras	Imagines ſacræ	218

Digitized by Google

INDEX

Opulentiſſimus mille, & ampliùs Caſuum, qui in Opere tam Magno, quam paruo continentur.

A

Abſolutio à Cenſura.

CAſus I. De delegato à Papa potente excommunicare inobedientes ſuæ ſententiæ. In op. mag. tom.3. n.7. pag.73

2. De Incendiario ab Ordinario excommunicato, num poſt denunciationem ab eodem abſolui poſſit. In op. mag. tom.3. n. eod. ibid.

3. De eo, cui Papa mandet, vt aliquem excommunicet abſque cognitione cauſæ. In op. mag. tom.3. n.eod. ibid.

4. De ſpoliatore Eccleſiæ cum effractione, quem Epiſcopus excommunicatum denunciat. In op. mag. tom.3. n.eod. ibid.

5. De eo, qui poſtquam excommunicauit alium, ipſe incidit in excommunicationem maiorem, In op. mag. tom. 3. n. eod. ibid.

6. De ſententia lata ab inferiori, & confirmata à Papa ex certa ſcientia. In op. mag. n. eod. ibid.

7. De excommunicato à Parocho, vel Archidiacono

cono, &c. num poſſit abſolui ab Epiſcopo. In op. mag. tom. 3. n. 10. pag. 73

8. De Archiepiſcopo num poſſit indiferenter abſolvere excommunicatum à ſuo ſuffraganeo. In op. mag. tom. 3. n. 12. ibid.

9. De ſucceſſore illius, qui ſententiam tulit, num poſſit abſoluere à cenſuris ab Anteceſſore latis, ſiue ſit Capitulum &c. In op. mag. tom. 3. n. 14. ibid.

10. De deſtinato à Papa in Viſitatorem Eccleſiæ Cathedralis, aut Adminiſtratorem datum ab Archiepiſcopo ob negligentiam Capituli. In op. mag. tom. 3. n. 15. pag. 74

11. De Collegio Cardinalium Sede vacante. In op. mag. tom 3. n. 16. ibid.

12. De cenſuris reſeruatis. In op. mag. tom. 3. num. 18. ibid.

13. De Cenſuris non reſeruatis. In op. mag. tom. 3. num. 20. ibid.

14. De excommunicatione minori. In op. mag. tom. 3. n. 22. ibid.

15. De Articulo mortis, in quo Sacerdos non expoſitus poteſt abſoluere à Cenſuris. In op. mag. tom. 3. num. 23. ibid.

16. Num inuitus poſſit abſolui à Cenſuris. In op. mag. tom. 3. n. 24. pag. 75

17. De eo, qui eſt irritus pluribus cenſuris, num poſſit abſolui ab vna, & non ab alia. In op. mag. tom. 3. n. 25. ibid.

18. De Confeſſario potente ſolum abſoluere à mortalibus, & qui deperit pœnitentem ligatum excommunicatione maiori. In op. mag. tom. 3. num. 27. ibid.

Abſo-

Digitized by Google

Abſolutio Sacramentalis.

Primus. De ſimplici Sacerdote abſoluente proximum morti præſente alio Sacerdote Curato. In op. paru. tom.4. pag.5

Abſtinentia.

Caſus I. De comedentibus carnis diebus ab Eccleſia vetitis abſque neceſſitate, & licentia. In op. mag. tom.3. n.7. pag.50.

2. De comedentibus in diebus Ieiunii quædam animalia, de quibus dubitari poteſt an ſint carnes, vel piſces. In op. mag. tom.3. n.9. ibid.

3. De comedente carnes in die Veneris propter debilitatem, ſed cum dubio an hoc illi liceat. In op. par. tom.1. pag.45.

4. De eo, qui deceptus ab hæretico carnes comedit in quadrageſima. In op. par. tom.1. pag.53.

Actio indifferens.

Primus. Cuius ſit finis actionis illius, qui ſibi fricat barbam. In op. par. tom.1. pag.2.

Admonitio.

Primus. De eo, qui clam admonet Principem, aut Rempublicam de imminente Coniuratione. In op. par. tom.1. pag.128.

Adulterium.

Caſus I. De muliere committente adulterium ex metu mortis ſibi comminatæ. In op. paruo tom.1. pag. 206.

2. De muliere reddente ac petente debitum à viro ſuo, quam ſcit eſſe adulterum. In op. par. tom.1. ibid.

3. De

3. De viro denuntiante vxorem ſuam coram Epiſcopo de adulterio, num teneatur reddere debitum adhuc pendente lite. In op. par. tom. 1. ibid.

Affinitas.

Caſus I. De eo, qui ex copula illicita contrahit affinitatem. In op. par. tom. 1. pag. 204
2. De filio habente rem cum ſorore nouercæ ſuæ. In op. par. tom. 1. p. 214
3. De eo, qui accedens ad ſororem vxoris ſuæ ſeminat extrà vas. In op. par. tom. 1. ibid.

Amor impurus.

Caſus I. De eo, qui cantillenas cantat amaſiæ ſuæ laſciuiis plenas. In op. par. tom. 1. pag. 200
2. De eo, qui ſcribit epiſtolam amaſiæ ſuæ laſciuiis plenam. In op. par. tom. 1. pag. 201

Aſpectus Mulierum.

Caſus I. De Muliere, ac viro mutuò ſe aſpicientibus luxurioſè. In op. par. tom. 1. pag. 199
2. De Religioſo faciente coram ſe denudare mulieres, vt conſtantiam ſuam probet. In op. par. tom. 1. pag. 200

Atheus.

Primus. Quinam ſit finis Athei miſerrimè viuentis. In op. par. tom. 1. pag. 3

Auaritia.

Caſus I. De eo, qui ſolum intentus temporalibus nihil cogitat de Anima, aut ſperat de vita æterna. In opere paruo tom. 1. pag. 4
2. De eo, qui nimiùm intentus regimini Domus propriæ, ſaluti ſuæ non conſulit. In opere paruo tom. 1. p. 59

3. De eo, qui ſummoperè ſtudet cumulare diuitias. In opere paruo tom.1. pag.124
4. De conferente officium in inhabilem perſonam propter ſpem lucri. In op. paruo tom.1. p.126

Aulicus.

Primus. De eo, qui vt ſibi captiuet fauorem Principis, procurat, alium de illius gratia excidere. In opere paruo tom.1. pag.235

B

Baptiſmus.

CAſus I. De eo, qui in neceſſitate vtitur materia non apta ad conferendum Baptiſmum. In opere paruo tom.4. pag.4
2. De eo, qui relinquit aliquod verbum neceſſarium ad eſſentiam formæ Baptiſmi, vel relinquit aliquid pariter neceſſarium. In opere magno tom.4. pag.34. & 35
3. De eo, qui baptizat puerum in vino lymphato. In opere magno tom.4. pag.73
4. De eo, qui baptizat in aqua turbida fluminis. In opere magno tom.4. n.11. ibid.
5. De eo, qui baptizat in aqua ſalſa maris. In opere magno tom. 4. n.12.
6. De eo, qui baptizaret, vel in humore phlegmatico, vel in ſanguine animalis, vel in ſaliua, ſudore &c. In opere magno tom.4. n.14. ibid.
7. De eo, qui baptizaret in lixiuo, vel in aqua ſulphurea balneorum. In opere magno tom. 4. num.15. p.38
8. De eo, qui baptizaret in aqua roſacea. In opere magno tom.4. n.16. ibid.

Digitized by Google

9. De eo, qui baptizaret in gelu, grandine niue &c. In opere magno tom.4. n.17. ibid.

10. De eo, qui debet baptizari in aliquo loco, in quo non eſt aqua. In op. mag. to.4. n.22. ibid.

11. De eo, qui baptizatur in veſte, in qua eſt incluſus. In opere magno tom.4. n.28. pag.39.

12. De eo, qui proiicit infantem in puteum animo illum baptizandi. In opere magno tom.4. n.32. pag.40

13. Caſus in quo puer periclitatur in vtero matris. In opere magno tom.4. n.33. ibid.

14. De Epiſcopo committente Diacono, vt baptizet ſolemniter ſtante adhùc copia Sacerdotum. In opere magno tom.4. n.5. & ſeq. pag.43.

15. De fœmina baptizante in caſu neceſſitatis. In opere magno tom.4. n.13. pag.44

16. De non baptizato, qui baptiſmum confert. In opere magno tom.4. n.14. ibid.

17. De Caſu, in quo plures eundem numero baptizant. In opere magno tom.4. n.18. pag.45

18. De Puero exiſtente in periculo mortis, cui ſunt præſentes duo, vnus mutus, & alter ſine bracchis. In opere magno tom.4. n. 19. pag.46

19. De eo, qui ſe ipſum baptizat. In opere magno tom.4. n.20. ibid.

20. De eo, qui in caſu neceſſitatis plures baptizat. In opere magno tom.4. n.21. ibid.

21. De furioſis, & amentibus, qui à natiuitate tales ſunt, nec vnquam habuerunt lucida interualla, num ſint baptizandi. In opere magno tom.4. n.2. ibid.

22. De furioſis, & amentibus, qui ex ſana mente in amentiam inciderunt, num ſint baptizandi. In opere magno tom. 4. n. eod. ibid.

23. De dormiente, num debeat baptizari. In opere ma-

Digitized by Google

magno tom.4. n.5. pag.47
24. De partubus monſtruoſis, num ſint baptizandi. In opere magno tom.4. n.6. ibid.
25. Solutio caſus nuper ſecuti. In opere magno tom.4. n.7. ibid.
26. Num poſſit dari caſus, in quo aliquis inuitus baptizetur. In opere magno tom.4. n.9. pag.48
27. De peccatore, qui non oſtendit dolorem de peccato, num debeat baptizari. In opere magno tom.4. n.12. ibid.
28. De filiis hebræorum num poſſint inuitis Parentibus baptizari. In opere magno tom. 4. n. 18. pag.49
Vbi exarantur ſeptem caſus, in quibus licet eos baptizare etiam inuitis Parentibus.
29. De eo, qui nomine alterius leuat puerum à ſacro fonte. In opere paruo tom.4. pag.288

Bellum.

Caſus I. Duo Principes pugnant ſimul prætendens quilibet, quod bellum pro ſe ſit iuſtum. Titius bona fide pugnat pro parte, pro qua bellum eſt iniuſtum. In opere paruo tom.1. p.32
2. De Duce, qui capit Chriſtianos in bello iuſto. In opere paruo tom.1. pag.62
3. De eo qui bello iuſto aliter nequiens, occupat bona ſibi de iure deuenientia non obſtante iuſſione Pontificis de deſiſtendo ſub pœna excommunicationis. In opere paruo tom.2. pag.17

Beneficium.

Caſus I. De eo, qui plura habens beneficia ſcrupulis agitatur. In opere paruo tom.1. pag.43
2. De eo, qui tenue permutat beneficium in pingue. In opere paruo tom.1. pag. 161

3. De eo, qui beneficium recipit ex Principis epiſtola. In opere paruo tom. 1. ibid.
4. De Epiſcopo beneficium conferente intuitu epiſtolæ Principis. In opere paruo tom. 1. ibid.
5. De inſeruiente Eccleſiæ, vt beneficium conſequatur. In opere paruo tom. 1. ibid.
6. De inſeruiente Epiſcopo, vt beneficium conſequatur. In opere paruo tom. 1. pag. 192
7. De eo, qui dat munus Epiſcopo, vt beneficium conſequatur. In opere paruo tom. 1. pag. 192
8. De eo, qui donat conſanguineis Pontificicis centum aureos, vt beneficium conſequatur ipſo Pontifice ſciente, immò & de hoc gaudente. In opere magno tom. 1. pag. 163
9. De Conſanguineo Clerici donante aliquid Secretario Epiſcopi, & aliis ſeruis eius, vt eius Nepos beneficium conſequatur. In opere mag. tom. 1. ibid.
10. De eo, qui habens obligationem, cum Præsbytero procurat illi beneficium, vt à tali obligatione ſe exoneret. In opere mag. tom. 1. ibid.
11. De beneficiato habente penſionem, qui vt ab ea ſe exoneret dat pro vnica vice ſuo Penſionario 100. aureos. In opere magno tom. 1. ibid.

Blaſphemia.

Caſus I. De eo, qui vocat Deum Acceptatorem Perſonarum. In opere paruo tom. 2. pag. 106
2. De Aſtronomo gloriante ſe per propriam virtutem poſſe futura præcognoſcere. In opere par. tom. 2. ibid.
3. De eo, qui ad omne verbum dicit ad ſanguinem, ad corpus Dei. In opere paruo tom. 2. ibid.
4. De eo, qui deprehenſus à Iudice hæreticaliter blaſphemaſſe, adhuc vult ſtare pertinaciter in

illa blaſphemia, & ipſam defendere. In opere magno tom. 2. n. 3. pag. 79
5. De eo, qui credens Deum omnipotentem, dicit tamen non poſſe aliquid facere, vt in hoc mendacio ſe delectet. In opere magno tom. 2. num. 4. ibid.
6. De eo, qui deprehenditur hæreſim dixiſſe pluries frequenter & in ludo & extra ludum ad leuem etiam turbationem, licèt non clarè conſtet de mala ſua credentia. ib d. n. 5. ibid.
7. De eo, qui nimia ira obcæcatus blaſphemat in Deum. In opere paruo tom. 2. pag. 109
8. De eo, qui cùm audierit blaſphemare, & ipſe leuitate ductus talia profert, abſolutè neſciens, quid dicat. In opere paruo. tom. 2. pag. 110
9. De eo, qui ſæpiùs blaſphemat ex conſuetudine orta ex actibus indeliberatis, & inaduertenter factis. In opere paruo tom. 2. ibid.

C

CAſus I. De eo, qui ſcrupulis angitur, quia non eſt certus de actu Charitatis in Deum à ſe elicito. In opere paruo tom. 2. pag. 14
2. De eo, qui ſtatuit in Creatura ſuum vltimum finem nil de Deo recogitans. In opere paruo tom. 2. pag. 13
3. De Parocho non potente, niſi cum vitæ ſuæ diſcrimine ſubuenire ſibi ſubdito exiſtenti in valde probabili periculo ſalutis ſpiritualis. In op. paruo tom. 2. pag. 16
Vide alia verbo Præceptum Charitatis.

Cam-

Cambium reale.

Primus. De Mercatore cambiante monetas argenteas pro aureis. In opere paruo tom.1. pag.177

Caſtitas.

Primus. De vxorato, qui cupit habere virtutem caſtitatis. In opere paruo tom.1. pag.58

Cenſura.

Caſus I. De eo, qui negligens reſtituere Eccleſiæ fit impotens ex poſt ad reſtituendum intrà tempus excommunicationis incurrendæ. In op. paruo tom.3. pag.42
2. De militibus ad rixam, & arma paratis contrà Eccleſiam, nec Epiſcopi admonitionem curantibus. In opere magno tom.3. n.12. pag.66
3. De arripientibus Clericum repentè in ſupplicium. In opere magno tom.3. num. eod. ibid.
4. De mero executore excommunicationem aut aliam cenſuram ferente. In opere mag. tom.3. num.eod. ibid.
5. De eo, contrà quem fertur cenſura, & tamen non commiſit peccatum. In opere mag. tom.3. num.16. ibid.
6. De Secerdote excommunicato celebrante abſque ſcandalo. In opere magno tom.3. n.17. ibid.
7. De ignorante culpam, propter quam fertur cenſura. In opere magno tom.3. n.18. ibid.
8. De metu graui cadente in conſtantem virum, num excuſet à cenſura. In opere magno tom.3. num.22. pag.67
9. De appellatione num excuſet à cenſura. In op. mag. tom.3. n.23. ibid.
10. De eo, qui cenſuris ligatus ingreditur Religionem. In opere magno tom.3. n.6. pag.72

11. Caſus, in quibus poſſunt ferri cenſuræ etiam in non ſubditos. In opere paruo tom.3. pag.44
12. De Confeſſario potente ſolum abſoluere à mortalibus, & qui deperit pœnitentem irretitum excommunicatione maiori. In opere paruo tom.3. pag.47

Clericus.

Primus. De eo, qui deditus ebrietati, in ea occidit Clericum. In opere paruo tom.1. pag.94

Conductio.

Primus. De Auriga cum alio curru contendente, vnde malum in Equis conductis, rebus, & perſonis euenit. In opere paruo tom.1. pag.158

Confeſſio.

Caſus I. De Puero, qui carnalitates commiſit ante uſum rationis alterius inſtigatione, an poſt uſum rationis eas cognoſcens teneatur ipſas confiteri. In opere paruo. pag.13
2. De eo, qui habet ſcrupulum, an fuerit peccata rectè confeſſus. In op. paruo tom.1. pag.44
3. De viro timorato, tradente Confeſſario vnum Iulium v.g. ob receptionem Sacramenti, & hoc ex inuincibili ignorantia, Confeſſario pariter recipiente titulo Eleemoſinæ ex ignorantia intentionis Pœnitentis. In opere par. tom.1 pag.7.
4. De Confeſſario, qui interrogatus à quodam de re aliqua, quam ſcit in Confeſſione. In opere par. tom.2. qag.196
5. De eo, qui facit confeſſionem inualidam, & nullam ex ſua culpa. In opere magno tom.2. num.23. pag.53

6. De

6. De Pœnitente faciente ex malitia confeſſionem inualidam & nullam num contrahat excommunicationem impoſitam in conſtitutionibus Epiſcopalibus &c. In opere magno tom. 2. num.5. ibid.
7. De eo, qui non habet copiam Confeſſarii, nec habere poteſt, niſi ſuſcipiendo longum iter, & tamen vrget præceptum annuæ Confeſſionis. In opere magno tom.3. n.6. pag.200
8. De eo, qui timet peccati reuelationem. In opere magno tom.3. n. eod. ibid.
9. De eo, qui confitendo ſuum peccatum, puta venereum Confeſſario timet ſollicitationem ad turpia. In opere magno tom.3. n. eod. ibid.
10. De eo, qui non poteſt ſecretò ſua peccata confiteri, puta quia Cenfeſſarius eſt ſurdus &c. In opere magno tom.3. n. eod. ibid.
11. De eo, qui non poteſt confiteri peccata ſua niſi per interpretem. In opere magno tom.3. n.eod. ibid.
12. De eo, qui ſi confiteretur peccatum ſuum, Confeſſarius de facili cognoſceret perſonam, cum qua peccatum commiſit. In opere mag. tom.3. n. eod. ibid.
13. De eo, qui eſt contritus, num adhuc teneatur confiteri. In opere mag. tom.3. n.9. pag.201
14. De eo, qui vni priùs confitetur omnia peccata mortalia, & poſtea alteri venialia confitetur. In opere magno tom. 3. n.8. 207
15. De eo, qui ſe præſentando coram Confeſſario dicit ſe peccaſſe neſciens tamen exprimere aliquod peccatum in genere, vel in ſpecie, num debeat abſolui. In opere magno tom. 3. n. 9. ibid.
16. De eo, qui poſt confeſſa peccata in numero

magis veriſimili recordatur nnmeri præciſi eorundem &c. In opere paruo tom.4. pag.90
17. De eo, qui verſatus longo tempore in aliquo peccato, non poteſt etiam præhabita magna diligentia numeri præciſi recordari, vnde confusè de ipſo confitetur. In opere paruo tom.4. pag.91
18. De eo, qui ex poſt recordatur talis numeri præciſi. In opere paruo tom.4. ibid.
De eo, qui habens vnum mortale cum venialibus, ex graui motiuo tacet mortale. pag.94
19. De eo, qui ex graui motiuo tacet in confeſſione aliquod peccatum animo illud exprimendi in alia confeſſione. In opere paruo tom. pag.95
20. De Confeſſario, qui audito vno, vel altero peccato pœnitentem abſoluit, prudenter timens ſibi graue damnum, ſi nimium cum eodem commoretur. In opere paruo tom.4. pag.95
21. De infirmo, qui fecit confeſſionem non integram, num teneatur iterum confiteri, ſi periculum euadat. In opere paruo tom.4. ibid.
22. De Germano, qui in Paſchate confitetur nutibus apud Confeſſarium Lombardum, cum alium non habeat. In op. par. tom. 4. pag. 96
23. De Saeerdote, num poſſit abſoluere dimidiatè tantùm confeſſa in caſu magni concurſus Pœnitentium in die alicuius magnæ feſtiuitatis, vel Indulgentiæ. In op. mag. tom.4. n.1. pag.212
24. De Sacerdote tranſeunte per regiones infidelium, vbi non poteſt multum immorari, & multi ſunt Chriſtiani, qui neceſſitatem habent confitendi, num poſſit eos dimidiatè confeſſos abſoluere. In opere magno tom.4. n.6. pag.213
25. De Pœnitente habente conſuetudinem peccandi, & ore proferente, ſe dolere, necnon emendatio-

dationem proponente, de quo tamen nulla apparet ſpes emendationis, num debeat abſolui. In opere magno tom.4. num.7. pag.215

26. De eo, qui ſæpiùs admonitus de eiicienda Concubina, quàm retinet domi, id neglexit, num ſit abſoluendus. In opere magno tom.4. num.4. pag.216

27. De eo, qui antequam ad Confeſſionem accederet ex vero præpoſito non peccandi, à copula cum tali fœmina, quam domi habet per diuturnum tempus abſtinuit, licèt non eiecerit illam ob aliquam rationabilem cauſam. In op. magno tom.4. n.7. pag.217

28 De fœmina, quæ vt famula in aliqua domo detinetur, ſemel, aut bis copulæ conſenſit cum Domino, pluries tamen reſtitit, & victoriam reportauit. In opere magno tom.4. n.8. ibid.

29. De eo, qui licèt non habeat ampliùs copulam cum concubina, tamen ex eius cohabitatione, vel etiam inuiſione graue ſcandalum affert. In opere magno tom.4. n.10. ibid.

30. De eo, qui ex cohabitatione cum fœmina prolabitur frequenter in laſciuiæ deſideria ex præſentia illius ortum ducentia. In op. mag. tom.4. num.11. ibid.

31. Quomodo gerere ſe debeat Confeſſarius cum filiofamilias, vel altero, qui non eſt ſui iuris, & concubina eſt famula, vel ancilla &c. In opere magno tom.4. n.12. ibid.

32. De Pœnitente, qui re præſentat coram Confeſſario ignaro, & qui neſcit diſcernere inter mortale, & veniale, inter ſpecies, & numerum peccatorum &c. In opere magno tom.4. n.4. p.222

33. De Confeſſario, qui ad explicandum proprium peccatum in Confeſſione reuelat peccatum alte-

alterius in Confeſſione alterius auditum. In opere magno tom.4. n.3. pag.223

34. De Sacerdote aliquod ſignum faciente ex ſua natura expreſſivum peccati in confeſſione auditi. In opere magno tom.4. n.4. ibid.

35. De eo, qui reperit chartam, in qua ſunt ſcripta peccata alicuius, num teneatur ad ſigillum. In opere magno tom.4. n.5. ibid.

36. De Confeſſario num de licentia Pœnitentis poſſit reuelare ea, quæ audiuit in Confeſſione. In opere magno tom. 4. n.6. ibid.

37. De Pœnitente, qui facit confeſſionem Sacerdoti abſenti per litteras, vel per internuncium. In opere magno tom.4. n.2. pag.227

38. De Theſaurario, vel alio publico Miniſtro, qui recipiens pro ſe creditum alicuius tantum vnã partem illius creditori dat, reliquum ſibi retinendo, num debeat abſolui. In opere paruo tom. 4. pag.107

39. De Pœnitente, qui habet aliquod peccatum contrà proprium Confeſſarium commiſſum. In opere magno tom.4. n.1. pag.231

40. De eo, qui habet priuilegium à Papa, vel ab Epiſcopo eligendi ſibi Confeſſarium. In opere magno tom.4. n.9. pag.234

Confeſſionis Præceptum.

Caſus I. In quibus præceptum Confeſſionis, vt diuinum obligat de per ſe. In opere paruo tom. 3. pag 30

2. Caſus, in quibus obligat de per accidens. ibid. pag. 30

3. De eo, qui profecturus eſt ad Barbaros, vt ibi diu commoretur, & habet conſcientiam peccati mor-

mortalis, & copiam Confeſſarii. In op. paruo tom.3. pag.31

4. De excommunicato, qui non poteſt obtinere abſolutionem. ibid. ibid.

5. De eo, qui ex conſilio Confeſſarii differt in longiùs Confeſſionem. In op. par. to.3. pag.32

6. De eo, qui non habet, niſi venialia. ibid. ibid.

Cætera vide ſuprà verb. Confeſſio. caſ. 7. & ſeq.

Confeſſor.

Caſus I. De Confeſſario potente abſoluere ſolum à mortalibus, & qui deperit pœnitentem irretitum excommunicatione maiori. In op. paruo tom.3. pag.47

2. De Sacerdote ſimplici abſoluente proximum morti præſente curato. In opere paruo tom.4. pag.5.

Cætera vide ſupra verb. Confeſſio n. 31. & ſeq. & verbo ſollicitatio &c.

Confirmatio.

Primus. De Amente, qui offertur Epiſcopo, ad hoc, vt confirmetur. In opere magno tom.4. num. 4. pag.66

Conformitas ad diuinam voluntatem.

Caſus I De eo, qui graui detentus infirmitate, potius conqueritur de illa, quàm quod ſeipſum conformet Diuinæ voluntati. In opere paruo tom.1. pag.39

2. De Principe, qui non ſolùm patienter non ſuſfert, ſuam Ciuitatem ab hoſte obſideri, ſed quidquid poteſt facit ad eam liberandam. In opere paruo tom.1. ibid.

3. De eo, qui Dei beneplacitum putat implere interſi-

terficiendo fugientem de carcere, ſciens eum reum mortis eidem à Iudice damnatum etiam ex lege Diuina. In opere paruo tom. 1. pag. 40

4. De eo, qui non ſubleuat grauiter egentem, alioquin potens, ne ideò beneplacito Dei opponatur. In opere paruo tom. 1. ibid.

5. De eo, qui videns magnas proximi calamitates, lætatur, ex eo, quòd hæc ſit voluntas Dei. In opere paruo tom. 1. ibid.

Cognatio Spiritualis.

Caſus I. De mittente procuratorem ad leuandum puerum à ſacro fonte. In opere paruo tom. 1. pag. 215.

2. De eo, qui nomine alterius leuat puerum à ſacro fonte. In opere paruo tom. 4. pag. 288.

Coniuratio.

Primus. De eo, qui ſcit coniurationem ſecretam contrà Principem, vel Remp. In opere paruo tom. 1. pag. 129.

Conſcientia erronea.

Caſus I. De eo, cui Iudex præſtat Iuramentum, & ipſe credit non debere iurare. In opere paruo tom. 1. pag. 42

2. De eo, qui credit poſſe fornicari ad procurandam ſalutem. In opere paruo tom. 1. ibid.

Conſcientia ſcrupuloſa.

3. De eo, qui plura habens Beneficia ſcrupulis agitatur. In opere paruo tom. 1. ibid.

4. De eo, qui in benè operando ſcrupulis agitatur. In opere paruo tom. 1. pag. 44

5. De

5. De eo, qui habet ſcrupulum, an rectè fuerit peccata confeſſus. In opere paruo to. 1. ibid.

Conſcientia dubia.

Caſus I. De eo, qui carnes comedit in die Veneris dubitans, an illi liceat. In opere paruo tom. 1. pag. 45.
7. De eo, qui incipit dubitare de proprietate fundi. In opere paruo tom. 1. pag. 46
8. De eo, qui celebrauit matrimonium bona fide, quo conſummato, dubitat, an ſit illi conſanguinea in gradu prohibito. In opere par. tom. 1. ibid.
9. De eo, qui frangit ieiunium in die præcepto dubitans, an ſibi hoc liceat. In opere paruo tom. 1. ibid.
10. De eo, qui habet vtrumque Parentem in extrema neceſſitate; cui debeat magis ſuccurrere. In opere paruo tom. 1. pag. 47
11. De eo, qui habens præceptum à Prælato, ne panem Pauperibus conferat, & videt Pauperem extremè laborantem. In op. par. to. ibid.

Conſenſus.

Caſus I. De eo, qui conſenſu imperfecto iubet alterum occidere. In opere par. tom. 1. pag. 21
2. De eo, qui conſenſu imperfecto pauliſper immoratur in cogitatione venerea. In opere paruo tom. 1. pag. 81

Conſilium.

Caſus I. De Conſiliario, qui Principi conſulit vindictam priuata auctoritate faciendam vt Principis voluntati adhæreat. In opere paruo tom. 1. pag. 18.

2. De eo, qui non admonet proximum ignorantia inuincibili laborantem, quia cognoſcit ſe nihil profuturum. In opere par. tom. 1. pag. 19
3. De eo, qui conſulit minus malum ad vitandum maius. In opere par. tom. 1. ibid.
4. De eo, qui conſulit minus malum alteri ſubiecto inferendum. In opere paruo tom. 1. p. 20
5. De eo, qui dat Conſilium efficax, & propter hoc eſt cauſa damni. In opere magno tom. 1. n. 3. pag. 134
6. De eo, cuius conſilium eſt inefficax. In op. mag. tom. 1. n. 4. ibid.
7. De eo, qui conſulit minus malum, vt maius euitetur, num teneatur ad reſtitutionem damni illati in minori malo. In opere magno tom. 1. num. 7. pag. 135
8. De eo, qui conſulit furari centum aureos furi iam parato alios centum furari, vnde ducenti ab eo auferrantur. In opere magno tom. 1. num. 10. ibid.
9. De eo, qui poſtquàm conſuluit efficaciter aliquod damnum pœnitentia ductus conſuluit reſtitutionem talis damni. In opere mag. tom. 1. num. 11. ibid.
10. De eo, qui conſulit furtum, vel homicidium, & antequam ſequatur, conſilium reuocat. In opere magno tom. 11. n. 12. ibid.
11. De eo, qui ſuo conſilio reuocat aliquem à Religione. In opere magno tom. 1. n. 13. ibid.

Conſuetudo.

Primus. De eo, qui in die feſto ex conſuetudine loci vbi habitat, audito ſacro alibi vadit, vbi id feſtum non obſeruatur, & ibidem laborat, vt ſibi victum quærat. In op. par. tom. 2. p. 120

Con-

Contemptus.

Primus. De eo, qui præcepto graui non obedit cum contemptu tom. I. pag. 115

Contentio.

Primus. De Religioſo, qui alteri contrariatur in rebus ad cultum Diuinum. In opere paruo tom. I. pag. 120
2. De Iuriſperito cauſam contentionibus protrahente. In opere paruo tom. I. pag. 118

Contractus.

Caſus I. De Principe grauibus minis cogente ſubditum ad venditionem prædii. In op. paruo tom. I. pag. 135
2. De Viro nobili præcipiente alicui rem propriam vendere. In op. paruo tom. I. ibid.
3. De eo, qui promiſſionem de vendendo ſibi ficte datam, hanc ipſam minis ratificatam obtinet. In opere paruo tom. I. pag. 136
4. De eo, qui vendit ruſtico aurichalcum pro auo. In opere paruo tom. I. ibid.
5. De eo, qui emit à filiofamilias. In opere paruo tom. I. pag. 137
6. De Pupillo faciente contractum vtilem. In op. paruo tom. I. ibid.
7. De Mercatore per litteras acceptante contractum. In opere paruo tom. I. pag. 140
8. De vendente triticum ducendum propriis expenſis ad locum emptoris. In op. par. to. I. pag. 141
9. De vendente prædium abſque determinatione nec prædii, nec pretii. In opere paruo tom. I. ibid.
10. De perito emente gemmam prætioſam de manu ignari. In opere paruo tom. I. pag. 142

11. De

11. De emptore, & venditore prætioſæ gemmæ, de valore eiuſdem ignaris. In opere paruo tom. 1. ibid.
12. De perito à ruſtico emente prætioſam gemmam cum proteſtatione de donato. In opere paruo tom. 1. ibid.
13. De perito paruiemente Equum decipiẽdo venditorem. In opere paruo tom. 1. pag. 143
14. De diuite emente triticum à ruſtico minoris, quàm valet ex anticipata ſolutione. In opere paruo tom. 1. ibid.
15. De vendente rem pluſquam valet cum pacto retrouenditionis minori prætio. In op. paruo tom. 1. pag. 144
26. De tradente arrham pro parte prætii. In opere paruo tom. 1. ibid.
17. De tradente arrham nomine arrhæ, qui vult recedere à contractu. In opere par. tom. 1. ibid.
18. De eo, qui in Autumno emit totum triticum in Ciuitate repertum, vt chariùs vendat in hyeme. In opere paruo tom. 1. pag. 145
19. De eo, qui ex aliena Ciuitate reducit triticum, vt chariùs vendat in ſua. In opere paruo tom. 1. pag. 146
20. De Prælato vaſa Eccleſiæ vendente, vt Monacis ſubueniat. In opere paruo tom. 1. pag. 147
21. De eo, qui duobus vendit fundum ab vtroque recipiente pecuniam. In op. par. to. 1. p. 148
22. De eo, qui duobus vendit fundum, & ſecundus Emptor eſt in actuali eius poſſeſſione. In op. paruo tom. 1. ibid.
23. De eo, qui aſſeruat in hyeme pannum chariùs vendendum. In opere paruo tom. 1. pag. 149
24. De eo, qui ex neceſſitate vendit Picturam minoris, quàm valet. In op. par. to. 1. pag. 150
25. De

25. De eo, qui rem vendit pluris, quàm valet, quia ſibi eſt neceſſaria, & nollet ea priuari. In opere paruo tom.1. ibid.
26. De eo, qui chariùs vendit rem ratione expectationis temporis. In op. paruo tom.1. pag.151
27. De eo, qui emit fundum ex pecuniis Eccleſiæ, aut pii loci. In opere paruo tom.1. ibid.
28. De eo, qui emit aliquid, vt ſtatim chariùs vendat non facta mutatione temporis, & loci. In opere paruo tom.1. pag.153
29. De faciente contractum Mohatra (vulgò, Stocco,). In opere paruo tom.1. ibid.
30. De eo, qui fingit litteras falſa continentes, vt alios decipiat. In ope. mag. tom.1. n.4. p.135
31. De eo, qui inuenit litteras apertas continentes vera, & iis vtitur ad lucrandum. In opere magno tom.1. n.4. ibid.
32. De mendaciis, & iurationibus à Mercatoribus factis in vſu emptionis, & venditionis. In op. paruo tom.1. pag.154
33. De eo, cui mouetur lis pro re empta. In opere magno, in quo ſeptem allegantur Caſus, in quibus venditor tenetur defendere. n.8. p.137

Cultus Dei.

Primus. De eo, qui appetit diuitias, vt eas in diuinum cultum expendat: in op. paruo to.1. p.56

Curioſitas.

Caſus I. De Parocho inutilia lectitante, alioquin neſciente, quæ ſunt ſui officii. In opere par. tom.1. pag.108
2. De eo, qui tempore diuinorum in Platea attentus eſt hyſtrionibus. In op. par. tom.1. p.109

De-

D

Dæmon.

CAſus I. De Muliere habente rem cum Dæmone incubo. In opere paruo tom.1. pag.22

2. De Muliere petente à Dæmone ſemen virile. In opere paruo tom.1. ibid.

Dæmentia.

Primns. De Dæmente, qui vellet ſe ipſum occidere. In opere paruo tom.1. pag.22

Debitum Coniugale.

Caſus I. De Muliere petente, ac redente viro ſuo debitum, quem ſcit eſſe adulterum. In opere paruo tom.1. pag.206

2. De viro denuntiante vxorem ſuam coram Epiſcopo de adulterio, num teneatur reddere debitum lite pendente. In op. par. tom.1. ibid.

Deceptio.

Primus. De eo, qui ab hæretico deceptus carnes comedit in Quadrageſima. In opere paruo tom.1. pcg.53

Decimæ.

Caſus I. De his, qui habent res malè acquiſitas, num decimas de ipſis ſoluere teneantur. In opere magno tom.3.n.4. pag.59

2. Num de quibus ſoluuntur tributa, vel operariis mercedes dantur, debeant ſolui Decimæ. In opere mag. ibid n.6. ibid.

3. De eo, qui iam ſoluit decimas Parocho, & po-

ſtea

ſteà aliæ decimæ ab eo petuntur pro Sancta Sede. In opere paruo tom.3. pag 40

Delectatio moroſa.

Primus. De eo, qui cum delectatione immoratur in delectatione mala. In op. paruo to. 1. p.81

Denunciatio.

Primus. De eo, qui non denunciat eum, quem ſcit eſſe denunciandum. In op. par. to.2. p.101
Deſperatio. Vide verbo ſpes.

Dignitas.

Caſus I. De eo, qui ad maiorem ſui æſtimationem dignitatem Eccleſiaſticam procurat. In opere paruo tom.1. pag.106
2. De eo, qui in concurſu alterius idonei quærit dignitatem ſæcularem, vt ſuos alere poſſit. In op. par. tom.1. pag.107
3. De eo, qui omninò ignarus, quærit & obtinet excluſis ſapientibus lecturam publicam. In opere paruo tom.1. ibid.

Diuitiæ.

Caſus I. De eo, qui appetit diuitias, vt eas in diuinum cultum expendat. In op. par. to.1. pag.56
2. De eo, qui rebus ſæculi intentus non curat de ſua ſalute. In opere paruo tom.1. ibid.
3. De eo, qui ſummoperè ſtudet cumulare diuitias. In opere paruo tom. 1. pag.124

Dolus.

Caſus I. De Iuriſperito cauillationibus cauſam protrahente. In op. paruo tom.1. pag.118
2. De eo, qui dolo ſurreptis ſui inimici litteris,

eas

Digitized by Google

eas perlegit ad illius deperiendam mentem. In opere paruo tom. 1. pag. 128.
3. De eo, qui fingit litteras falſa continentes, vt alios decipiat. In op. mag. tom. 1. n. 4. p. 135
4. De mendaciis, & iurationibus à Mercatoribus factis in vſu Emptionis, & venditionis. In op. paruo.

Donatio.

Caſus I. De eo, qui donat abſenti. In opere magno tom. 1. num. 2. pag. 148
2. De Principe, qui dat munus Ambaſciatori non exprimendo, an pro ſe, vel pro Domino. In opere magno tom. 1. n. 2. ibid.
3. De eo, qui donationem vult reuocare. ibi. ibid.
4. De donatione inter virum & vxorem. ibi. ibid.
5. De donatione cauſa mortis, & facta Eccleſiæ. In opere paruo tom. 1. pag. 171.
6. De eo, qui donat fundum, in quo eſt Iuſpatronatus. In opere paruo tom. 1. ibid.
7. De donatione Conſtantini, Videatur opus magnum tom. 1. n. 10. pag. 151.

E

Ebrietas.

CAſus I. De eo, qui deditus ebrietati, in ea Clericum occidit. In opere paruo tom. 1. prg. 94
2. De eo, qui ex nimio potu infert graue nocumentum ſuæ naturæ. In opere par. tom. 1. pag. 226.

Eccleſia.

Caſus I. De Epiſcopo locante laico prædium ad decennium, & fructus decimarum ad annuum cenſum. In opere paruo tom. 1. pag. 156.

2. Sex.

2. Sex ſunt Caſus, in quibus violatur Eccleſia: primus per homicidium etiam citrà ſanguinis effuſionem. Secundus per effuſionem ſanguinis etiam citrà homicidium. Tertius per effuſionem ſeminis voluntariam, vbi quid dicendum de actu coniugali. Quartus per ſepulturam excommunicati in Eccleſia. Quintus ſi Eccleſia ſit conſecrata, vel benedicta ab Epiſcopo publicè excommunicato. Et Sextus, ſi parietes Eccleſiæ conſecratæ deſtruantur. In opere magno tom. 1. n. 6. ibid.

Eleemoſina.

Caſus I. Eleemoſinæ datæ propter innanem gloriam cuius ſit finis. In op. paruo tom. 1. pag. 2

2. De eo, qui dat eleemoſinam pauperi in extrema neceſſitate, ſed propter inanem gloriam. In opere paruo tom. 1. pag. 27

3. De eo, qui non ſubleuat grauiter egentem, alioquin potens, ne ideò beneplacito Dei opponatur. In opere paruo tom. 1. pag. 40

4. De eo, qui habet præceptum à Prælato, ne panem Pauperibus conferat, & videt pauperem extremè laborantem. In opere paruo tom. 1. pag. 47

5. De eo, qui dat eleemoſinam diuiti fingenti ſe eſſe pauperem. In opere paruo tom. 1. pag. 60

6. De habente ſolum ea, quibus commodè viuat, licèt non condecenter ad ſuum ſtatum, & extremè indigenti non ſubueniente. In opere paruo tom. 1. pag. 131

7. De habente ſuperflua etiam quoad ſtatum, & grauiter indigenti non ſubueniente. In opere paruo tom. 1. ibid.

8. De habente multa ſuperflua, & nunquam petentibus

tibus

tibus eleemoſinam erogante. In opere paruo tom.1. pag.132

9. De valde diuite, qui negligens eſt in danda eleemoſina. In opere paruo tom.1. ibid.

10. De eo, qui ſubuenit grauiter indigenti mutuando. In opere paruo tom.1. ibid.

11. De eo, qui habens fratrem in magna neceſſitate ipſum non ſubuenit cum poſſit. In opere paruo tom.1. pag.115

12. De viro timorato tradente Confeſſario vnum Iulium v.g. ob receptionem Sacramenti, & hoc ex ignorantia inuincibili, Confeſſario pariter recipiente, & ignorante titulo eleemoſinę. In opere paruo tom.2. pag.7

Emphyteuſis.

Caſus I. De eo, qui negat penſionem Domino petenti. In op. mag. t.1. Art.2. n.2. pag.143

2. De eo, qui ſine conſenſu Domini rem emphytheoticam vendit. ibid. pag.144

3. De hæredibus refutantibus hæreditatem, quam Parentes eorum habebant in emphytheuſi. ibid. ibid.

4: De emphyteota moriente ſine filiis legitimis ibid. ibid.

5. De eo, qui notabiliter cum damno perpetuo deteriorat fundum emphytheuticum. ibi. ibid.

Emptio.

Caſus I. De emptore, cui lis mouetur pro re empta. In opere magno, in quo ſeptem allegantur caſus, in quibus emptor tenetur defendere emptorem. tom.1. n.6. pag.137

2. De eo, qui in autumno emit totum triticum in ciuitate repertum, vt cariùs vendat in hyeme.

In

In opere paruo tom. 1. pag. 145
3. De eo, qui ex aliena Ciuitate reducit triticum, vt cariùs vendat in ſua In op. par. tòm. 1. p. 146
4. De Prælato vaſa Eccleſiæ vendente, vt Monacis ſubueniat. In opere paruo tom. 1. pag. 147
5. De eo, qui emit fundum ex pecuniis eccleſiæ, aut pii loci. In opere paruo tom. 1. pag. 151
Plures alios vide verb. Contractus.

Euchariſtia.

Caſus I. De Sacerdote, qui conſecraret in vino congelato. In opere magno tom. 4. n. 4. pag. 85
2. De eo, qui conſecraret in vino decocto. In opere magno ibid. n. 7. ibid.
3. De eo, qui conſecraret in Vineta multùm limphata. In opere magno tom. 4. n. 8. ibid.
4. De eo, qui conſecraret in viuo miraculosè facto. In opere magno tom. 4. n. 9. ibid.
5. De eo, qui conſecraret in liquore malorum granatorum, vel mororum, vel in ceruiſa. In opere magno tom. 4. n. 10. ibid.
6. De eo, qui conſecraret in aceto. In opere magno tom. 4. n. 11. & 12. pag. 86
7. De eo, qui conſecraret in Aggreſta. In opere magno tom. 4. n. 13. ibid.
8. De eo, qui conſecraret in muſto. In opere magno tom. 4. num. 15. ibid.
9. De eo, qui ſumit Euchariſtiam in peccato mortali inuincibiliter tamen ignorans, quod ſit in tali ſtatu. In opere paruo tom. 4. pag. 55
10. De eo, qui antequam deglutiat Sacrámentum dolet de mortali, cuius recordatur iam Sacerdote appropinquante, vt ſacram ſynaxim illi porrigat. In opere paruo tom. 4. pag. 56

11. De

11. De eo, qui plures recipit hoſtias. In opere mag. tom.4. n. 3. pag.128
12. De Parocho, qui ex officio tenetur in Die feſto celebrare, & habet conſcientiam peccati mortalis multumque diſtat, qui poſſit ipſum confiteri. In opere magno tom.4. n. 7. ibid.
13. De eo, qui morti proximus tenetur ſumere viaticum, & eſt in peccato mortali, & non adeſt Sacerdos, niſi mutus, aut non intelligens Pœnitentem, neque etiam nutibus &c. In opere magno tom.4. n.8. ibid.
14. De Sacerdote habente caſus reſeruatos non exiſtente Confeſſario, qui facultatem habeat abſoluendi, & ipſe tenetur celebrare, ſi enim non celebraret infameretur. In opere magno tom.4. num.9. ibid.
15. De muliere, quæ commiſit adulterium, & debet in die Paſchatis communicare, & non habet alium Confeſſarium, niſi eum de quo prudenter timet, eius peccatum eſſe reuelaturum, aut aliquod graue damnum illaturum. In opere magno tom.4. n. 10. pag 129
16. De Sacerdote, qui cum ſociis ita agens in die feſto, videt ſocios ſcandalizandos, ſi non celebrat, habenſque conſcientiam peccati mortalis non habet copiam Confeſſarii. In opere mag.tom.2. num. eod. ibid.
17. De Sacerdote denegante corpus Chriſti peccatori petenti. In opere magno to.4. n. 13. ibid.
18. De infirmo, qui intrà eandem infirmitatem cùm iam acceperit viaticum, vult iterum Eucharistiam ſumere. In op. mag. to.4.n.9. p.131
19. De parvulo exiſtente in articulo mortis, num ſtatim ſit illi miniſtranda Euchariſtia, ac vſum rationis compleuerit. In opere magno to.4.n.6. pag.137

Digitized by Google

20. De amentibus furioſis, & phræneticis, num ſit miniſtranda Euchariſtia in articulo mortis. In opere magno tom.4. n.8. pag.137
21. De energumenis baptizatis, num ſemper ſit illis miniſtranda Euchariſtia, quoties petunt. In opere magno tom.4. n.10. ibid.
22. De Gentibus recenter ad fidem conuerſis, nùm debeat ſtatim miniſtrari Euchariſtia. In opere magno tom.4. n.14. pag.138
23. De vltimo ſupplicio damnatis, nùm poſſit miniſtrari Euchariſtia etiam ipſa die, quia morituri ſunt. In opere magno tom.4. n.16. ibid.
24. De laico, num poſſit in articulo neceſſitatis Euchariſtiam miniſtrare. In opere magno tom. 4. num.7. pag.144
25. De Sacerdote, num poſſit ſibi ipſi Euchariſtiam miniſtrare in neceſſitate. In opere mag. tom.4. num.8. ibid.
26. De Sacerdote celebrante in Eccleſia violata, ſeu polluta. In opere magno tom.4. n.21. pag.158

Excommunicatio.

Caſus I. De eo, qui deditus ebrietati in ea occidit Clericum. In opere paruo tom.1. pag.94
2. De eo, qui iuſto bello, aliter nequiens, occupat bona ſibi de iure obuenientia non obſtante etiam, quod Pontifex iubeat ſub pœna excommunicationis de deſiſtendo. In opere paruo tom.2. pag.17
3. De Confeſſario potente ſolùm abſoluere à mortalibus, & qui deperit pœnitentem ligatum excommunicatione maiori. In opere paruo tom.3. pag.47
4. De eo, qui tradit clauem propriæ domus excommuni-

municato, vt in ea comedat, aut dormiat. In opere magno tom.3. n.14. pag.81
5. De eo, qui participat in crimine cum excommunicato. In opere magno tom.3. n.3. pag.82
6. De eo, qui participat in diuinis cum excommunicato. In opere magno tom.3. num. eod. ibid.
7. De eo, qui communicat cum excommunicato in contemptum Eccleſiæ. In opere mag. tom. 3. num.eod. ibid.
